

48/78/7138(5)

129c

XVI-8-C

R

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY
540 EAST 57TH STREET
CHICAGO, ILL. 60637

ms


pres

200

100

300

1165



PHYLOSTRATVS DE VITA APOL
LONII TYANEI SCRIPTOR
LVCVLENTVS A PHILIP^{VS}
POBEROALDO CASTI
GATVS.



48/78/7138(5)

PH. BOGNER, BERLIN
KUNST- UND
ANTIKEN-VERHANDLUNGEN
VON
DR. PH. BOGNER
BERLIN

PHILIPPVS BEROALDVVS BAPTISTAE
DE COMITE MEDIOLANENSI DI
SCIPVLO SVO SALVTEM.

Quoniam natura mortalium auidā peregrinati-
onis sit, Variorū populorum cultus atq; na-
tionū mores agnouisse non solum uolupta-
rium est, Verum & in uita conducibile. Siqdem hæc
cognitio hominem nō solum oblectat, uerū etiam pru-
dentem reddit atq; multiscium. hinc igeniorum fons
& antiquitatis parens Homerus uirum summæ pru-
dentiae Vlysem ostendere cupiens cecinit multas illū
urbes peragrasse. multorūq; hominum mores perspe-
xisse. Consimiliter Philostratus Apollonium Tyane-
um philosophum pythagoricū præconio uirtutis ex-
tollit, qui peregrinatione multiuia nō parum multa
perceperit Ad animū formandum uitāq; instruendā
mire congruentia. qui Caucasum transcēdit, Indiam
penitissimā penetrauit Brachmanas philosophiæ cō-
sultissimos adiit. Et una cum illis ex Tantali phiala
potauit. Qui Memphiticos uates accessit. Ethiopum
Gymnosophistas explorauit. & mensam Solis uidit
in Sabulo. Qui instar Herculis lustrator orbis, pur-
gator animorum, Domitor uitiorum, Sititor Sciētiae
Spretor pecuniæ, Amicus Deorum, Tanta Sanctitudi-
ne præpollens fuisse memoratur, ut p̄ Deo coleretur.
Hic est ille Tyaneus, quem mortuis uitam reddidit.
se: quem in Domiciani consistorio nusquā comparuis-
se: quem non minora q̄ Deum fecisse miracula prodit

derunt. Quæ omnia luculenta octo voluminū enarra-
tione explicat Philostratus iter Conditores Græcorū
Celeberrimus: quē Latinitate donauit Alamanus Ri-
nuccinus Homo Græce Latineq; eruditus: qui cum nō
solum Trivialibus doctoribus ignotus, Verū etiam ma-
ximis p̄fessoribus parum cognitus iam diu dilituisset
Existimaui me facturum operæ precium si luculenti
Scriptoris luculentū opus me duce & præuio ex tene-
bris in lucem educeretur. Itaq; iuuadi studio cōmoni-
tus & utilitatē studiose iuuetutis anteponens rebus
omnibus: Libros hosce Philostrati nuprime recogni-
tos tradidi Benedicto excussori elegantissimo formis
excudendos Inuulgandosq;: Quorum liminaris pagē
na Nomen tuum gestat in titulo. Nāq; tibi nuncupa-
tim mi Baptista Epistolam hanc præcursoriam dedi-
co: quem apprime modestum, sitientēq; ingeniarum
doctrinarum. & imprimis mei Nominis studiosissi-
mum esse cognoui. Tu morū honestamētis uirtutisq;
splendore exornas ornāmēta nobilitatemq; familiæ:
quæ Mediolani iam pridem Splendidissima Honora-
tissimaq; cōspiciebatur: prius q̄ turbo Fortunæ fulmi-
nantis cuncta percelleret. Quis nescit patrem tuum
Ioannē Galeacium Virum clarissimū in summis ho-
noribus atque opibus effloruisse. Fratres quoq; tibi
sunt ornatissimi & claritudini natalium egregie re-
spondentes, inter quos Ioānes Maria pronomarius eni-
tescit, haud dubie dignus tanto honestamēto. Placet
mihi in iuvene nobili cum familiæ nobilitate, Animi
coniuncta nobilitas. Placet cum splendore natalium

splendor litterarum copulatus. Talis dici merito pōt
intus, forisq; conspicuus. Talis es Tu mi Baptista.

Qui studio pertinaci ornamentisq; litterarijs aium
excolis, & ea quæ in nobis sunt, longe pluris facienda
esse censes, q̄ quæ circa nos conspiciuntur. Qui meæ
quantulaciūq; est eruditionis affectator laudator ad-
mirator iam pridem es: Agisq; probissimū discipulū.
Accipe ergo hilaris & obuijs, ut aiunt, manibus exci-
pe Philostratum, ac perlege. ut ita quodammodo ip̄e
quoq; cum Tyaneo nostro peregrineris: quem inter
Temulentos abstemium, inter purpuratos linteatum,
inter unguētatos horridum, inter Luxoriosos fruga-
lissimum, inter Tiaratos coccinatos, pumicatos uene-
rabili squalore preciosum fuisse credidit antiquitas,
& scriptor hic luculenter enarrat: Cuius lectio tibi
tutiq; similibus, non minus frugifera erit q̄ iucunda.
Vale & Dilige Doctorem.

Quid singulis contineatur Libris huic Epistole sub-
iunxi ut breuiarium rerum capitulatim digestarū in
ipso Operis uestibulo prospici statim possit. sitq; mi-
nus laborandum lectori delicato.

PRIMVS LIBER Apollonij ortum, educatio-
nēq; & Pythagorici silentij continet obseruatidē:
tum susceptæ ad Indos pegrinationis institutum: et
quo pacto ad Bardanem Babylonie Regem puenerit
queq; illic egerit memoratu digna.

SECUNDVS LIBER Caucaſi tranſitum habet:
de natura, moribusq; Elephantū narrationem: tū
uero Fluminis Indi qualitatem: & originē: et Faraos
tis Indiæ Regis mores ac ſapientiam: multa etiam de
moribus Indorum ibidem tractantur.

TERTIO LIBRO Faſidis fluminis: quod Fiſon
pleriq; uocant, curſus deſcribitur: & quæ in ipſo aut
ſecus ipſum naſcantur memoratu digna referuntur:
ubi de Piperis Arboribus eiſq; collectione: de Draco-
num uarijs generibus, atq; natura: tū de aduentu ipſi
us ad Brachmanas: & de illorū uictu, ac moribus di-
ſputationibusq; cū illis habitis & de ipſorum uirtu-
tibus multa narrantur.

QUARTI LIBRI Materia eſt Apolloniꝝ in Io-
niam reditus: & Ephesus a peſte liberata, eiꝝ tē quo-
q; circum Græciæ ciuitates peragratio: Vbi mores ho-
minum et deorū cultū in melius redigens: Cum Achil-
lis umbra locutus eſſe perhibetur: poſtea pfectio eiꝝ
in Cretā et tandē Romā uſq; peregrinatio eiꝝ refertur

QUINTVS LIBER Suſceptū iter ad Gades: et
eiꝝdem in Siciliam reditū narrat: tum de Muſica: et
Poetarum uirtutibus diſputatiōem affert: Nauigatio-
nem præterea in Rhodum atq; Egyptū. Vbi multa cū
Veſpaſiano de gubernatione Regni ſuſcipienda cōtra
philosophos Dionē & Eufratem diſputauit.

SEXTVS LIBER Profectionem eiꝝ in Ethiopi-
am: & cum Gymnoſophiſtis congreſſum acceſſumq;
eiꝝ ad Cataractas fontesq; Nili uiſendos habet.

SEPTIMVS LIBER Vocatum ipsum a Domici
ano Romam uenisse demonstrat: & quo pacto diuti-
us in carcere detentus tandemq; ad Subsellia tanquã
reus productus sit.

OCTAVVS LIBER Accusationem, uel interro-
gationem potius: & resposionem ad quæsitã nōn-
ulã continet: ubi etiam oratio ab eodem composita, nō
enim in iudicio habita scribitur: Postremo de illius
etate: & morte diuersæ referuntur opiniones.

North Carolina

May 2nd 1791

PHILOSTRATI OPVS LVCV
LENTVM DE VITA APOL
LONII TYANE I PHILO
SOPHI PYTAGORICI.

Q Vicinꝫ samium Pithagorã lau-
dant, narrare solent imprimis
ipsum priusquã in ionia nascere
tur fuisse troianum euforbium:
atq; in pugna mortuum reuixisse
se denuo: sic autem iterisse, ut de
illo scribit Homerus: uestitũ præ-
terea ex morticina materia confectum renuisse pitha-
goram dicunt: & ab animalium omnium esu absti-
nuisse nec tale quicquid omnino sacrificandum putasse:
quod ne phas esse diceret deorum aras sanguine foedari:
sed libationibus Thureq; & laudationibus magis er-
ga deos utendum esse putabat. Talia enim ab homini-
bus in deorum conspectum peruenire. Asserebat insu-
per sibi compertum esse deos immortales huiusmodi
sacris longe magis, quam hecatombe hoc est centum
bouum sacrificio gaudere: se enim aliquando deorum
interfuisse concilio, atq; ab eis didicisse: quæ illis gra-
ta: quæ ue e contra haberentur: Illinc etiam accepisse
dicebat ea: quæ de rerum natura proferre consuevit:
cum cæteri coniecturis & opinionibus sibiipsis plæ-
rũq; aduersantibus de rebus diuinis uteretur. Sibi au-
tem apollinem manifeste solitum apparere: præterea
Palladem & musas, non manifeste tamen secum lo-

LIBER.

qui consueuiffie alios in super deos: quorum neq; facies
 neq; nomina adhuc hominibus nota essent. Illud quo
 que inter pythagore laudes numerant: quicquid sibi
 iussum atq; ab eodem prolatum esset, Id tanquam les
 gem ab eius discipulis obseruari consueuiffie: q; in cun
 ctis ita eum colerent: ac si ex ioue genitus ortusq; eēt.
 Silentium in super ab eo indictum: originem a dijs tra
 xiffe arbitrantur. Multa nanq; diuina arcanaq; ab eo
 dicebantur quæ nisi ab his: qui ea predidiciffent intel
 ligi non poterant: ex hoc tacendi rationem ab ipso in
 uentam arbitrantur. Similem quoq; philosophandi ra
 tionem tenuiffie perhibent a grigentinum Empedoclē
 quod pluribus locis eius carmina testantur: quale il
 lud est. Non mortalis ero iam iam ualete sodales: simi
 liter & illud: Et puer ipse fui nec non quandoq; puel
 la. Bous præterea simulacrū: quod in Pythagoræ lau
 des: ab eodem in olympia immolatum constat. Multa
 præterea numerare possem: ex quibus ipsum Pythago
 re imitatore fuisse satis apparet: quæ hoc loco refe
 renda minime censui: cum ad alia quædam properet
 oratio. Statui nanq; his, quæ de Pythagora feruntur
 similia sequutum Apollonium in lucem proferre di
 uiniorem meo iudicio in philosophia uirum: quā Py
 thagoras fuerit: claruit autem temporibus non mul
 tum ab ætate nostra remotis: nec tamen satis noues
 runt homines, quam uere, quam pure sancteq; fuerit
 philosophatus. Sed alius quidem hoc ab eo preclare
 gestū: alius uero aliud quiddam ab eo prudenter excogi
 tatum laudat. Sunt & qui ipsum artis magicæ fuis

PRIMVS

se studiosissimum predicant: eo quod in Babylonia,
 cum magis, in India cum Brachmanibus: in egypto
 cum gymnosophistis uersatus fuerit: atque hoc ipsum
 calumniatur: quod quasi uolentia quadam fuerit sa-
 pientiam consecutus: nō recte quidem de tali uiro sen-
 tientes. Empedocles enim & Pythagoras, atque De-
 mocritus apud magos uersati: nullam tamē artis eius
 partem attigerūt. Plato enim in egyptum profectus:
 multa; profetarum: sacerdotumq; illic existentium
 dicta suis interposuit sermonibus: & uelut egregius
 pictor adumbratis imaginibus colores super imponēs
 ne minimam qdem artis magicę suspicionem subiit:
 quāuis ob sapientiam singularem inuidiæ plurimum
 sibi contraxerit: iniuste igitur Apollonium: q̄ multa
 preuiderit; multa predixerit, tali quisquā crimine dā-
 nauerit. non secus, ac si Socratem accusent: q̄ a demos-
 ne multa præscierit: Aut anaxagoram: quod sapien-
 ter multa antequam fierent presenserit. Quis enim
 ignorat Anaxagorā in olympia: cum nulla pluuię su-
 spitio imineret pelliceā uestem indutū p̄cessisse: nec
 ita multo postigentē pluuiam secutā eē: et domū oim
 iudicio firmissimam cum breui casuram prædixisset
 corruisse: & diem quoque momento temporis in no-
 ctem uersum iri præuidit: lapidem quoque de cælo in-
 egem fluuium casurum prædixit: Hęc atque huiusmo-
 di alia ab Anaxagora præuisa cum summę sapientię
 testimonium esse fateantur: eandem tamen Apollo-
 nio adimentes magicis artibus illum talia fecisse cri-
 minantur. Tantam igitur ignorantiam ex hominum

LIBER.

mentibus remouendam esse uisum est: & simul tanti uiri uirtutes in lucem proferendas optimum censui: demonstrandum præterea duxi quibus temporibus, qd q; dicens, aut faciens: quo etiam philosophandi genere usus: quæue imbutus disciplina sapiens iure optimo, ac diuinus meruerit appellari: Hæc autem quæ de ipso scripturus sum collegi: partim ex ciuitatibus: quæ illum hospitio susceperunt: partim ex sacerdotum scriptis: apud quos uersatus fuit: partim etiam ex his quæ multorum sermonibus de eo celebrata sunt: nonnulla etiam ex ipsiusmet scriptis. Ipse enim ad reges, ad sophistas, ad elidenses, ad delphicos, ad ægyptios, atq; indos epistolas scribens multa de dijs, de gētibus: de moribus: de legibus: quas uarijs in locis adinuenit testatur. Plurima uero eademq; certissima in hūc maxime modum collegi. Damis fuit uir quidam non insciens ex antiqua Nini ciuitate oriundus. Is Apollonij in philosophia socius: & in peregrinatione comes omnia quæ ab eis in itinere gesta, uisq; sunt literis mandauit: sententiasque eius omnes ac uerba insuper complexus est: & quæcunque ab eo præuisa prænuntiataq; fuerunt damidis familiaris quidam commentarios huiusmodi ab eo nondum editos Iuliæ regine totos fecit. In cuius aula cum frequētissime uersaretur, erat enim ad modū rhetoricæ facultatis studiosa, mihi, ut transcriberentur: mandauit: utque uiri consilia: & mores qui in eis continebantur, in ordinem quendam redigerem. Damis enim aperte quidē, sed non satis dextere illa præscripserat: Incidi prætes

PRIMVS

rea in maximi cuiusdam egiensis libros: qui Apollonij in egiā ciuitate res actas continebant. Sunt & ab ipso Apollonio testamenta perscripta ex quibus plane perspici potest quā studiosus: ac pene insanus amator philosophiæ fuerit. Neq; uero mirageni fides est adhibenda, qui libros de Apollonio quattuor scribēs multa eius uiri gesta ignorare uisus ē. Quonā igitur pacto dispersa hæc de Apollonio i unū collecta quæuecā me ad hos libros componendos impulerit satis iam dictum & ostensum arbitror. Affert autem hoc opus honorem uiro, de quo talia scribuntur, & utilitatē non parua disciplinarum studiosis præbet quod ex ipso ea: quæ nondum norunt ediscendi facultatem adipisci possint. Apollonio itaq; patria fuit Tyana ciuitas græca in Capadociæ finibus posita. Pater uero eodem, quo & ipse nomine nuncupatus, genus antiquum sane, & claris hominibus fœcundum: diuitijs autem præcæteris ciuibus abūdans. Pregnanti matri umbra quædam astare uisa ē prothei egyptij dei: qui ut ab Homero traditur uarias sese in formas uertere consueuit: cuius uisu haud quaquā exterrita mulier quid nam paritura esset interrogauit: cui protheus me inquit es paritura: illa uero quis nam ipse esset interrogante sum inquit protheus deus egyptius. Quæta uero sapientia protheus fuerit superuacuum narrare cæseo præsertim: his qui poetas legerint: ex ipsis enī omnes nosse arbitror quam uariis fuerit: & modo in hanc, modo in illam formam sese permutans. Ita ut illum capere difficilimum esset. Omnia præterea

LIBER.

tam facta, quam adhuc futura nouisse perhibent. Ve-
 rum prothei tunc maxime decebit meminisse: cū ser-
 mo futurus ostendet Apollonium longe plura quam
 proteum predixisse: multa quoq; arcana, & intelle-
 ctu difficillima interpretatum, in nullo unquam defe-
 cisse. Fertur autem in prato quodam natum esse apol-
 lonium: & natiuitatis modus talis esse perhibetur.
 Cum pregnantī matri pariendi tempus instaret per
 somnium monita est, ut in pratum ad colligendos flo-
 res p̄ficeretur, quod cū illa postridie fecisset ibiq;
 diutius eēt uersata: famulæq; floribus colligēdis intē-
 tæ pratū pererrarēt ipsa somno capta in herba proci-
 buit, cigni uero, qui in prato pascebātur, quasi in cho-
 rum dispositi dormientem circumstetere: & alijs, ut
 eorū mos est sublatis ingēti clāgore omnia circumstā-
 tia loca replebant, leniter per prata spirante Zephyro
 eorū cantu excitata mulier, simul somno soluta est, et
 puerum peperit: quæ res stuporem cuius afferre pos-
 test, q̄ nullo obstetricis officio puer tam repēte in lu-
 cem prodierit: locorum autem accolæ perhibent illa
 pariente fulgur e celo in terram decidisse, uisum res-
 pente in sublimiorem æteris partem delatum euanu-
 isse, hoc ipsum: ut arbitror portendens, quod in proxi-
 mo partu editum fuerat sublimius omnibus, quæ sunt
 in terra futurum, iuxta deos habitaturum. hæc enim
 & quæcunq; alia postea uir factus gessit deos premo-
 strare haud quaquā mirabile uideri debet. est autem
 iuxta Tyanam aqua: Ioui (ut perhibent) sacrata: quā
 indigenæ extingubilem uocant: fons eius frigidus sa-

PRIMVS

ne scatet, ebullit autem non secus atq; igne calefactus
 lebes: Hanc puris & iuramenti fidem seruantibus ui-
 ris aspectu placidam, et gustu dulcem esse perhibent:
 periuris uero: & infidis palam aduersatur, epota nã
 q; oculos pedesq; ac manus peierantis inuadit, pustu-
 lis ac uomicis totum corpus inquinans: neq; illinc di-
 scedendi facultas datur sed ibidem permanentes co-
 ram aqua ipsa suam deplorant calamitatem, palã qđ
 peierarunt profitentes. Eius itaq; regionis indigenæ
 Iouis filium esse Apollonium fatebantur: ipse uero
 met Apollonio se genitum assueat. Procedente tem-
 pore, cum ad ætatem peruenisset, qua litteras iam di-
 scere ætas admonet maximi ingenij memoriaq; signa
 statim dedit. Lingua autem utebatur attica, neq; ðl-
 lam ob gentis consuetudinem omittebat, omniumq;
 oculos in se conuerterat, cum alioquin esset forma cõ-
 spiciuus. Inde cum ãnum. xiiij. attigisset tharsum, ad
 euthimum quendam scenicem a patre deductus est.
 Erat autem Euthimus rhetor insignis: & Apolloniũ
 in disciplinam suscepit: qui cum præceptoris disci-
 plinam probaret ciuitatis mores uehementer dam-
 nat, contrarios illis esse iudicans, qui ratione uellent
 uereque philosophari, delicijs enim supra modum de-
 diti ciues scomatibus dicacitateque plurima uteban-
 tur, ut facile appareret eos uestitu duntaxat, non au-
 tem sapientia moribusue athenienses imitari. Eorum
 ciuitatẽ Fluius cydnus præfluit, iuxta quẽ ciues plu-
 rima tpa cõsidẽtes tanq̃ fluuiales aues ociantur, getæ
 aquæ pulchritudine quasi ebrii facti, sicut ad eos i qua

LIBER.

dam epistola scribit Apollonius. Is ob eas: quas mee
 morauimus causas permotus patrem rogauit, ut sibi
 præceptorem mutare liceret, eiusq; consensu in egas
 ciuitatem tharso proximam migravit: ubi & ocium
 erat philosophantibus idoneum & studia adolescen
 tibus apta, & esculapij templum: ubi esculapius ipse
 palam quandoque sese hominibus ostendebat. Ibi di
 uersarum opinionum philosophos cognouit nam &
 Platonicos, & chrisippicos: & peripateticos audi
 uit: quasdam etiam epicuri sententias uoluit audire, ne
 rum pithagorica philosophiæ præcipiende non ma
 gna sibi dabatur facultas: q̄ præceptorem nactus eēt
 pithagorica disciplinae haud quaque studiosum imo
 nullam recte philosophandi rationem operibus, &
 uita seruantem. Ventri nāq; & ueneri omnino dedi
 tus ad epicuri normam potius compositus uidebatur
 Is autem erat euxenus ex heraclia. quæ in ponto est:
 oriundus: Pithagore sententias ita nouerat: sicut aues
 ab hoibus quandoq; doctæ humana uerba intelligunt.
 Ille enim salue, & felix sis, & iupiter propitius: et
 huiusmodi quedam uerba nonnunq̄ proferunt: neque
 quid dicant scientes: neq; ea quæ dicunt temporibus,
 locisue acōmodate dicentes, sed linguam duntaxat ad
 prestitutū numerū agitantes: & sicut aquilarū pulli
 teneras adhuc pennas sortiti et a parentibus uolatus
 edocti non longe ab ipsis primo discedunt deinde robu
 stiores facti ipsos etiam parentes superuolat. Pari mo
 do Appollonius dū paruus esset: Euxeno obtæperabat:
 atque ipsius agebatur arbitrio. Cū uero ad .xvi. per-

PRIMVS.

uenisset ætatis annum pithagoræ uitā amare cœpit: meliore proculdubio utens præceptore. Verūtamen minime neglexit: sed concedente patre suburbanum illi donauit: ubi Horti erant amœnissimi: & iugiter manātis aquæ fontes permulti. Tu inquit arbitras tu tuo uiue. Nos uero ad pithagoræ normā uiuemus. Cum magno ingenio predictū illum animaduerteret euenus: undenā talis uitæ sumpturus esset exordium interrogauit: cui Apollonius unde inquit, medici solent: ij nanq; uentres primo purgantes alios quidem a morbis intactos seruant: alios uero iam egrotātes ad sanitatem redigunt: his dictis ab omnium animalū esu cœpit abstinere, quod carniū comestio cum impura esset: tum mētis aciem, perspectumq; hebetaret. terrestribus uero fructibus, et oleribus uescabatur: pura esse dicens quæcunq; a terra darentur hominibus. Vinum autem purum quidem potionem esse asserabat cum ex arbore minime siluestri ad homines proueniret. Verum tamen ipsum bono statui mentis aduersari dicebat, q̄ eius sublimē, diuināq; partē aliquando puerteret. Post huiusmodi uentris purgationē corpis cultū habitūq; huiusmodi instituit. Primū em̄ ex animalū uellere confectas, uestes respuēs, linteis amicitri decreuit, et simul comā nutrire cœpit. & in tēplo, ut plurimum moram trabēs omnes templi antistites in sui admirationem cōuertit. Ferturq; æsculapium quādoq; sacerdoti dixisse uehementer se gaudere in egrotis curandis, quando Apollonio teste id facere contineret: Quod ubi uulgatum est plurimi illius uisendi

gratia egas confluebant, ciliques quoque, & omnes finitimi magnopere illius congressu, familiaritateque lætabantur, ita ut apud ipsos hic sermo increbresceret: quo curris non ad impubem: Summo itaque ab omnibus in honore habebatur: Non ab re quoque esse putavi: quæ ab eo in templo sunt acta referre: cum eiusmodi uitam scribere sim adortus quem dijs immortalibus curæ fuisset, ex his quæ dicentur manifeste patebit. Adolescens quidam assirius in summis delicijs uiuere consuetus, cum in aduersam ualitudinē incidisset ad æsculapiū uenit: erat autem in potationibus, & conuiujs plurimum uiuere, immo, ut uerius dicamus mori consuetus. Laborabat autem aqua intercute, & ebrietatis cupiditas, gaudium, quod ex abstinentia percipere potuisset, auferebat, propterea & a deo negligebatur, ita ut ne somnia quidem ulla sibi mitteret: quibus de causis anxius adolescens grauiter incusabat æsculapiū, qui tandem in somnijs illi superstans. Si Apollonium inquit conueneris melius tibi erit: accedens igitur ad Apollonium adolescens, quidnam inquit ex tua sententia possum acquirere? Iubet enim me deus tecum loqui: cui Apollonius. Id inquit quod scio inuare te plurimum in presentibus potest: Quæris enim (ut opinor) sanitatem: certe inquit ille: Tunc Apollonius. hanc tibi inquit pollicetur æsculapius sed tamen non dat, recte dicis inquit ille: Tunc Apollonius uolentibus inquit dumtaxat illa tribuere solet, tu autem omnia facis: que morbo penitus aduersantur. Delicijs enim abundans uentri indulges et huiusmodi: ac pene

PRIMVS.

corruptis intestinis; & aqua nimia redundantibus
 cibos quasi lutum superfundis: & hoc quidem mani-
 festius dixit quam Heraclitus. Ille enim tali morbo
 laboranti opus esse dixit ex pluuia siccitatem inducere:
 non facile intelligibilia, neque manifesta dicēs.
 Apollonius uero sapienter dicta aperte interpretatus
 est: & adolescentem ad sanitatem redegit. Con-
 spicatus aliquando plurimum sanguinis altaribus su-
 perfusum: et sacrificia passim superposita: prater ea
 ægyptios boues, & eximie magnitudinis porcos ingu-
 latos: & ministrorum alios excoriandis uictimis, ali-
 os in frustra secādis occupatos, uasa insuper aurea ma-
 gni ponderis in templo suspensa lapidibus indicis ad-
 modum ornata sacerdotem adiens quid nam sibi tan-
 ti uellent apparatus interrogauit. Magnificentissi-
 me nāq; quisquis hic sit agere gratias deo uidetur. At
 qui magis iquit sacerdos mirari debes: q̄ nulla adhuc
 petitione facta neque statutum temporis spacium, ut
 alij solent commoratus, nec sanitatem, aut ullum om-
 nino beneficium a deo consecutus: immo etiam sui ad-
 uentus causa nondum exposita, heri nāq; huc adue-
 nit, tam abunde tamen, tamq; laute (ut uides) sacrificio
 cat. Plura etiam longeq; maiora daturum pollicetur,
 si sibi deus quod petiturus est concesserit: est enim ut
 aiunt cilicum omnium ditissimus pluraq; solus ipse
 possidet quam reliqui pene cilices omnes: petijt autē
 a deo: ut effossum oculum sibi restituat. His auditis
 Apollonius, oculis ut consueuerat in terra defixis pa-
 rumper commoratus quod nam illi nomen esset inter

LIBER

rogauit, eoq; audito uidetur mihi inquit o sacerdos
 indignum esse hunc hominem, qui in templum admit-
 tatur, prauus enim animi uir: turpiq; de causa quod
 queritur damnus perpeffus: & tam multa sic teme-
 re, et antequam a deo quicquam petierit profudisse:
 non sacrificantis est: sed admissi scæleris culpam de-
 precantis: hæc quidem Apollonius, uerum æsculapius
 noctu sacerdoti in somnis apparens: iube inquit: hæc
 tam diuitem abire suaq; secum asportare munera. in-
 dignus enim est alterum qui superest, oculum retine-
 re. Huius tam acerbi responsi causam ex ciliibus fisca-
 tatus sacerdos intellexit infortunij sui causam huius
 modi fuisse. Erat enim sibi uxor, quæ filiam ex priore
 marito genitam secum habebat. Huius amore corre-
 ptus cilix intemperanter nimis illi congregiebatur,
 ita ut uxorem minime lateret: quæ simul in lecto iacē-
 tibus superueniens puellæ quidem ambos oculos, ma-
 rito alterum effodit, acubus ad id facinus usa, quibus
 uestimentorū fibulas nectebat. Atq; in hoc monstra-
 se uisus est Apollonius, non decere eos: qui sacrificāt,
 aut dijs aliquid donant mediocritatem excedere. Pul-
 so cilice cum multi ad templum confluerent sacerdos
 tem interrogauit Apollonius, num iustos esse deos
 arbitraretur, cunq; ille iustissimos respondisset, num
 etiam prudentes eosdem esse cēseret, immo uero quid
 prudentius dijs inquit sacerdos. Res autem hominum
 scire illos, an ignorare putas. Immo inquit hoc maxi-
 me a dijs arbitror homines superari q; homines ob inge-
 nij imbecillitatem, quæ ad se pertinent, non satis no-

PRIMVS.

runt. Dij autem quæ et hominum sunt, & simul quæ ad se ipsos spectant, omnia pariter intelligunt. Recte inquit Apollonius, uereq; respondisti. o sacerdos, & quoniam omnia, ut dixisti, norunt rationi consentaneum esse uidetur, eos qui ad deos omnia cognoscen-
 tes accedunt talibus uerbis orare oportere, o dei quæ mihi debentur ea prestate. Quæ nam uero sunt, quæ a dijs hominibus debeantur inquit sacerdos: bonis inquit ille, & sanctis bona, prauis autem & scelestis contraria. Dei igitur recte facientes: quem mente san-
 num & sceleribus incorruptum, offendunt, non au-
 rea corona: sed bonis omnibus illum exornant: quem autem uitijs, quasi maculis inustum, corruptumq; in-
 uenerunt, ad supplicium seruant, eo magis, etiam il-
 lis irati: qui impij cum sint, templa tamen ingredi, et sacris tamen interesse audent. His dictis ad esculapiũ respiciens philosopharis inquit esculapi præclaram, et tibi congruam philosophiam, non sinens scelestos homines ad te uenire, etiam si omnes indorum, sardẽ-
 sumq; diuitias tibi donent: neq; enim tui numinis co-
 lendi gratia sacrificant, aut donaria in templo suspē-
 dunt. Sed quod pro sceleribus meruere supplicium: id pecunijs redimere conantur, quod uos dei cum sitis ius-
 tissimi haud quaquã permittitis. Multa in templo huiusmodi philosophatus est Apollonius impubes ad huc quoad egis moratus est. Erat iter cilices princeps quidam uir plane contumeliosus, & in amores pro-
 nus, ad hunc de pulchritudine Apollonij fama perue-
 nit, statimq; rebus agẽdis omnibus post habitis (thar

LIBER

si enim forte tunc temporis negociabatur regas uenit morbo se correptum esse dictitans, & esculapij auxilio indigere. Is ad Apollonium seorsum a ceteris deambulantiem accedens introduc me ad Deum inquit: cui Apollonius: Quid tibi introductore opus est? ait: si bonus es? studiosos enim uiros dei absq; sequestre amant, at ille respondit: Te quidem Apolloni deus hospitem fecit me uero minime: tunc Apollonius honestatis inquit, & uirtutis studium hospitem, deo me fecit, eodemq; fretus quoad fieri ab adolescente potest, famulus, & amicus esculapij Idicor q; si tibi pari modo uirtutis honestatisq; cura est: fidenter ad eum accedet: et quicquid uis ab eo audacter pete: sic inquit per Iouem facia si abs te prius aliquid petiero: quidnam uero inquit Apollonius ex me petes, quod prestare possim: tunc ille qd a formosis peti solet ut pulchritudinem sua alijs non inuideant, sed libenter comuni cet. Atq; haec molliter nimis, eneruateq; dicens lachrymis oculos rigabat, nihil enim est tam humile, tam abiectum quo perditum flagitiosiq; huiusmodi homines non se demittant: tunc Apollonius toruis oculis illum respiciens, insanis inquit scelestissime: cumq; ille iracundia percitus, sibi caput amputaturum minaretur: subridens Apollonius, o paulo post futura dies exclamauit: tertia autem die populares in itinere uiolatorum interfecerunt: Quod cum Archelao capadociae rege noua quaedam contra Romanos machinaretur: haec, atq; alia huiusmodi ab eo gesta scribit maximus egiensis: cuius posteaquam de patris morte nuncium cepit, Tyanam

PRIMVS.

ueniens proprijs manibus in suæ matris sepulchro ipsum sepelijt: fuerat enim non multo antea ipsius etiã mater defuncta: et hereditatẽ amplã sane cum fratre partitus est: homine intemperante & potationibus maxime dedito: qui tertium supra uigesimali annum natus, etatem excefferat: quæ tutores ad res proprias ministrandas a legibus accipere solet: ipse uero Apollonius annum agens etatis uigesimali sub tutoribus erat futurus, egas idẽ reuersus philosophiæ gymnasia statuit licium, & academiã. Erat enim omnis philosophiæ peritissimus. Inde post aliquod tempus uir factus Tyanã redit: iam sui compos ita ut tutoribus nõ indigeret: cunq; illum amici hortarẽtur, ut fratrem ad bonam frugem: temperantiamq; redigeret: hoc pfecto audacis hominis eẽ uidetur, inquit si iunior gradiorẽ corrigere nitatur, uerũ quoad per me fieri poterit eius morbi remedia conabor asserre. Primũ itaq; fortunariũ: quas ex paterna hereditate acceperat dimidiam partem fratri concessit: plurimis illum indigere dicitans: sibi uero pauca satis esse: deinde illi assistens & monitionibus crebris illius aures circumsonans ad uitam meliorem reducere temptabat talibus uerbis ipsum alloquens. Dum pater nobis superstes fuit, erat qui nos errantes moneret, & hominis moribus imbuere posset: illo autem nunc defuncto tu mihi relictus es, & ego tibi: decet igitur si quid deliquero te mihi consulere, & mea delicta corrigere: q; si quid forte contra peccaueris non grauate monitus meos perferre debes: his rationibus non se

eus ac pullorum infrenum domitores facere solent: paulatim illi persuasit: ut solutam uitam mutaret in melius, uitis aliquot: nam illi plurima erant: omisit: talorū et uini cupiditate uincebatur: & in meretricum libidines erat propensior, comā igitur: quā diligenter nutrire solebat tonderi persuasit: atq; ad huiusmodi alia frugalitatis documenta paulatim deduxit. Vbi uero: quæ de fratre cupiebat recte succedere uisæ sunt: ad alios cognatos, affinesq; instituendos animum conuertit: & egentibus opem ex his: quæ supererant facultatem afferentibus sibi obtemperantes illos reddere studebat adeo ut iam sibi perpauca superessent. Aiebat autem clāzomenium Anaxagorā gregibus & camellorū armentis nutriendis intentū. pecorum gratia: magis quā hominum philosophatum eē: Cratem uero thebanum: qui facultates suas in mari demerserat nec hominibus, nec pecoribus utilem fuisse. Cum pleriq; pithagoræ sententiam laudarent: quæ dixit non licere: qui uxorem habeat: alienæ congregi mulieri hoc inquit Apollonius ad alios ratione prolatum arbitror: mihi uero neq; nubere: et ab omni re uenerea prorsus abstinere est animus: in quo sane sophoclem superare uisum est: qui senio confectus iactare solebat beneficio senectutis se a uenereis cupiditatibus, tanquā a domino agresti: & furioso liberatū: Apollonius autē propriæ uirtutis, et temperantiæ auxilio ne in adolescentia quidē potuit a cupiditatibus superari: sed cū esset iuuenis ac robustus furiosum ut ille dicebat, agrestemq; dominū superauit. Verū quis

PRIMVS

dem ne sic quidē calūniatorum obrectationes potuit
 euitare: qui ipsum amoribus captum criminatur eius
 q; rei gratia apud scithas integrū annum moram tra-
 xisse: cum nec scithiam unq̄ attigerit: nec amori un-
 quam deditus fuerit. Idq; eufratis cuiusdam testimo-
 nio patere satis potest: qui multa crimina falso de il-
 lo scribens amoris tamē nunquā insimulauit: ut a no-
 bis aptius ostendetur in his quæ de eufrate sumus scri-
 pturi. Fuit aut̄ is Eufrates Apollonio cōtrarius: quo-
 niam pecuniæ causa illum omnia facere quādoq; di-
 xit Apollonius, & a pecuniarū cupiditate: & ipse
 us philosophie mercatu illum abducere: tēptauit. uer-
 rum hæc suis locis enarranda differamus. Interrogā-
 ti quādoq; apolloniū euxeno: cur non scriptis aliquid
 mādaret cū et de philosophia recte sentire et scribēdi
 caracterem grandem quēdam & ad faciendā fidem
 accōmodatum nactus esset: respōdit Apollonius: ego
 uero adhuc tacere non didici: atq; ex eo tempore ppo-
 situm silentium seruare cœpit: uocem itaq; compescēs:
 mente uero & oculis multa inuestigans audita uisa
 q; omnia memoriæ mādabat: ex quo memoriam adeo
 exercuit, ut simonidem quoq; superasse, creditus sit,
 hymnum & ab illo imemoriæ laudem compositum
 frequenter decantabat: in quo omnia consumi tēpo-
 re marcescereq; scribit Simonides ipsum uero tempus
 nec senescens: nec corruptibile circa memoriam per-
 manere. Neq; tamen quo tempore silentium tenuit is
 grata aut iniocunda secum conuersatio fuit: nā ocu-
 lorum: & manuum motu: tum etiam capitis motu,

LIBER.

ad ea quæ sibi dicebantur respondens non iniocūdum,
aut tristem se præbebat: cum alioquin sociorum ama-
tor: & placidus socijs esset: propterea difficillimam
sibi fuisse dixit hanc uiuendi rationem: quam per quinquennium integrum seruauit. Multa etiam dicenda
occurrisse: quæ non dixit: multa quæ iracundiã moue-
rint audientem quasi non audisse: multa insuper re-
prehensione digna: quasi non aniaduertentem sustinu-
isse: obpropriaq; in eum aliquando iacta quãuis ani-
mo dolens tacitus pertulit. Moratus est autem hoc silē-
tij tempore partim in pamphilia: partim in cilitia,
cumq; inter gentes tam molles lasciuaq; degeret: nū-
quam tamen locutus est: ac ne minimum quidem uer-
bum unquã emisit: cū aliquando in ciuitates seditiōi-
bus laborantes uenisset, multæ aut erant: quæ spectaculo-
rum, & rerum minime honestarū causa dissidēbāt:
accedens ad populum, seq; ipsum palam ostentans et
quam animo conceperat aduersus eos dicendam obiur-
gationem: manu, uultuq; significans illorum sedabat
discordias: silentiū tamen non secus, atq; in mysterijs
solet inuiolatum cōseruans. Spectaculorum enim aut
equorum causa dissidentes componere non magni la-
boris est: nam qui ob huiusmodi leues causas in sediti-
onem ueniunt: si forte uirum quēpiam grauem intue-
antur pudore correpti, ad sanā mentem facile redeūt.
Iterū fame oppressam ciuitatem non facile est uer-
bis persuadere: & esurientum iracundiam oratione
compescere: Attamen Apollonio etiam erga eos: qui
tali incōmodo premebantur silentium effecit. A spens

PRIMVS

dum enim ueniens: quæ tertio loco inter Pamphiliæ
 ciuitates cõnumerata eurimedonti fluuio adiacet: ni-
 hil nisi uitiam atque huiusmodi legumina uenalia of-
 fendit: hisque tãtum populum sustentari intellexit:
 quicquid enim ubiq; erat, frumenti pauci diuites, &
 in ciuitate potentes collectum seruabant: ut quo uel-
 lent precio illud populo uendere possent: Multitudo
 autem cuiusque sexus, ætatis aduersus ciuitatis prin-
 cipem conuenerat: & iam accenso igne uiuentem
 sese crematuros minabantur: quamuis ipse ad asy-
 lum confugisset. Erat autem Asylum Tiberij: sta-
 tuæque sanctiores illis in locis uenerabilioresque:
 quam Iouis olympij simulacrum habebantur: Ita
 ut impietatis damnatus quidam fuerit: quod ser-
 uum suum uerberasset: qui drachmam argenteam Ti-
 berij imagine signatam gestabat. Accedens autem
 ad ciuitatis principem obsessum Apollonius: quid
 nam hoc rei esset manu gestuque sciscitatur: cumque
 is iniuste factum a se responderet: iniuste autem a po-
 pulo comprimi conuersus ad multitudinem Apollo-
 nius: ne quid temere facerent: utque principis ex-
 cusationes audirent nutibus immonuit. Illi autem
 uiri tanto timore perciti: ac stupore: non modo silen-
 tium tenuere: uerum etiam ignem quem ferebant im-
 proximam aram deposuerunt. Confusus igitur prin-
 ceptis: Is inquit: & ille: plures ciues nomie appellans:
 presentis famis causa fuere, qui collectum ex finiti-
 mis regionibus frumentum clausum detinent. His au-

LIBER.

ditis aspendij: cum eorum uillas predatum iri oportere clamitarēt: uix contineri ab Apollonio potuerunt: qui ostendebat melius esse si eorum sponte frumētum ab eisdem possint accipere. Itaque illis ad se uocatis parum abfuit: quin institutum silentij cōsiliū. omitteteret: ut illis quod uolebat oratiōe suaderet. Monebatur enim uehementius puerorum mulierumq; lachrymis: nec nō etiam seniorū: qui suam deplorantes calamitatem paulopost fame sibi pereundum eē querebātur. Verum Apollonius taciturnitatis ppositum retinens: in tabulis obiurgationem aduersus frumēti collectores. huiusmodi scripsit. Apollonius frumēti cāuonibus salutem. Terra cōmunis omnium mater est, propterea q̄ iusta ē: uos autem iniusti estis: qui uestri dūtaxat matrem eam eē uoluitis: quod nisi ab huiusmodi incepto destiteritis diutius in ea uos permanere non sinam: His minis ac rationibus moti frumēti mercatores totum forum frumento compleuerūt: ex quo populus uniuersus quasi reuixit. His peractis Apollonius silentij tempore iam finito Antiochiam uenit: quæ magna cognomiatur: et Apollinis daphnei templum intrauit: cui archadiam fabulam assirij tribuunt. Daphnen ladonis fluminis filiam illic natam asserentes: & fluit quidem apud ipsos fluuius: quem ladonem appellant: & maxime oīm arborū laurū colunt ob memoriā: ut aiunt: uirginis daphnes: cupressos etiam imensæ proceritatis: circa templum et fontes aquis uberes ac tacitos regio profert: in ijs apollinem lauari consuetum perhibent: & cupressos ob me

PRIMVS.

moriam ciparisi adolescentis assiriꝝ in eam arborem
 conuersi ibidem seruari ferunt indigenæ: & profes-
 sto arborum pulcritudo transmutationi fidem face-
 re uidetur: sed nimis fortasse iuueniles sermones at-
 tingere uideor: qui fabulosa hæc operi inseram: quod
 ego propterea feci: ut ad ea quæ sum dicturus aditum
 Preparem. Apollonius enim templum, & natura &
 tanto opere gratiosum conspicatus ab hominibus co-
 li semibarbaris: nullis bonis artibus deditis: et ab om-
 ni politione & elegantia abhorrentibus. Appollo in-
 quit recte mutos homines conuertit in arbores: ut sal-
 tem sicut arbores istæ uentorum flatibus resonarent
 Postea fontes animaduertens quietos: nec ullum oms-
 nino strepitum reddentes, mutescendi inquit consues-
 tudo plurima: quæ hic seruatur, ne fontes quidem ob-
 strepere sinit. Ladonem uero aspiciens, non solum in-
 quit filia tua in aliam formam conuersa est, ueruetis-
 am, & tu ipse qui ex græco, & archade in assirium
 mutatus es. Postquam uero indigenæ ad eum loquens
 di gratia conuenerunt ineptos ipsorum mores: & in-
 compositos intuens plerosq; a se amouit, inquiens nõ
 hominibus sed uiris sibi opus esse: quos uero sedatio-
 res, magisque compositis moribus intuebatur admit-
 tens. admittebat ad colloquium: & cum sacerdotibus
 habitabat. & oriente sole sacra quædam in occul-
 tum faciebat: quæ solum illis quattuor communica-
 bat qui secum in silentio se exercuerant, reliquum ue-
 ro temporis si forte in græca ciuitate uersari cõtigis-
 set ubi consueta sacra sibiq; nota celebrarẽtur cū tem-

LIBER

plorū sacerdotibus, de dijs, ac de sacris disputās philo-
 sophabatur, eorū errores siqui eēnt emēdās: sin uero
 in barbaram, & a rectis moribus alienam ciuitatem
 uenisset: qui nam morum et sacrorū fuissent auctores
 et quādiu in ea disciplina mansissent sciscitatus: si qd
 erat in melius mutatu facile persuadere illis conaba-
 tur discipulos deinde suos, siquid uellent inuebat iter
 rogare, aiebatq; oportere qui recte philosophatur, ad
 ueniente aurora cum dijs uersari, procedente autē die
 de dijs loqui, reliquum uero tempus humanis rebus et
 sermonibus impendere: cumq; ad omnia respondisset,
 quæ a domesticis fuisset interrogatus, reliquis omni-
 bus se adeundi facultatem præbebat: nunquā tamen
 ante meridiem: sed postquā iam declinare dies cœpis-
 set, inde quod satis uisum esset cum illis locutus sece-
 debat ad balneū aquæ frigidæ senectam hominum bal-
 nea calida appellans: quibus inclusi antiochenses: cū
 uitijs maximis indulgerent: uobis inquit Apollonius
 cum prauis sitis longos ānos uiuere rex cōcessit. Ephee-
 sijs uero balneorum principem lapidibus cedere uolē-
 tibus propterea quod balnea non calefecissent, uos in-
 quit Apollonius balneorum principem accusatis: quā
 male lauamini: ego autem uos quia lauamini. Vteba-
 tur dicendi genere non dytirambico: aut poeticis no-
 minibus intumescere nec rursus nimis demisso, &
 consuetudinem atticam excedente: iniocūdā enī pu-
 tabat orationem: quæ ab attica mediocritate decederet.
 Ironia autem utentem nemo unquā audiuit: nec
 inter discipulos ambulantem quisquā uidit: sed tanq̄

PRIMVS

ex oraculo procedebant sermones eius aiebatque hoc scio, aut ita censeo: aut scire oportet: aut huiusmodi alios dicendi modos seruabat. Nominibus autem utebatur proprijs: atque ad res ipsas accommodatis. Quæ ab eo proferebantur dignitatem quãdam uelut a rege aut principe dicta præse ferebant. Interroganti quandoque dialetico quodam: cur ipse nunquam aliquid quæret: quoniam inquit cum essem adolescens satis multa quæsiui: nunc autem non quærere: sed inuenta docere opus est. Alij rursus interroganti quo nam pacto deceret sapientem loqui non aliter quã legum latores inquit Apollonius: oportet enim legum latores quæ sibi ipsi antea persuasit eadem alijs faciẽda impare. Hactenus quæ ab ipso antiochiæ gesta sunt dixisse sufficiat: quibus homines ab omni doctrina abhorrentes, in sui admirationem conuertit. Post hæc longioris peregrinationis suscipiendæ: et ad indos proficiscendi cogitatio subiit: ut qui ibi sunt sapientes iteretur: quos brachmanas: et hircanios appellant: Aiebatque adolescenti maxime conuenire: nec secus: ac si patria pulsus esset: quã longissime peregrinari: cogitabat etiam magos conuenire: qui Babyloniam ac susas incoluit: Multa enim ab ijs discere posse sperabat: itaque discipulis qui septem erant consilium apuit: qui cum sibi alia agenda suaderent: quæ mentem a proposito distraherent, ego inquit deos adhibui consultores: et ab his doctus quæ mihi uisa sunt uobis patefecerunt: et ab his doctus quæ mihi uisa sunt uobis patefecerunt: ubi igitur uos molliores conuenire uolebitis: et philosophie dabitur opus: ego autem eo proficiscar

LIBER.

quo me sapientia. & demon ducent. Hæc dicens Antiochia discessit duobus tantum famulis compatriotis suis comitatus: quorum alter uelocitate: alter pulcritudine scribendi, excellebat: cum his profectus antiquam ninam peruenit: ubi statuã barbaro more positam conspexit. est autem ioinachi filia: cui ab utroq; tempore parua & quasi mox excretura prominēt cornua: admiranti igitur statuam: & plura quam illorum propheta aut sacerdotes super tali imagine cogitanti: damis ex ea ciuitate ortus superuenit. Hic est, quem in operis principio diximus peregrinationis & philosophie comitem Apollonio fuisse: et eius multa non solū facta uerū etiam dicta litteris mādasse: Is postquã uiri conditionem & mores: & quo illuc uenisse consilio intellexit uiri & pegrinationis amore captus comitem illi se futurum pollicitus est. Ibimus inquit Apolloni: & tu qdem deo: ego autē te duce utar: neq; me ut arbitror parui existimabis: q̄ q̄ enī rebus alijs sum fortasse rudior; In hoc certe plurimum ualeo: quod Babyloniam ducens iter optime noui: q̄netiam ciuitates uicosq; omnes itineris adiacentes pfecte scio: nō multo antea illinc reuersus. Linguas p̄terea barbarorū: quæ multiplices, uariæq; sunt utpote armeniorū medorū psarū candusiorū oēs itelligere et ægregie pferre possum. Ego quoq; o amice inquit apolloius: has oēs noui: cū nullā tñ didicerī. Illo autē uehemētius admirante, noli inquit mirari qui oēs hoīm linguas itelligere sum professus: Nam et quæta citi intra se homies cogitant etiam præcipio: hæc aus

PRIMVS.

11
13

diens assirius quasi demonem illum intuitus ueneras
batur: et tunc sese in disciplinam tradidit: omnia eius
dicta memoria mandans. Erat assirio lingua quidem
mediocris: scribenti uero elegantia nulla: utpote qui
inter barbaros esset eruditus: quæ autē quotidie age-
rentur: & familiarium dicta facta quecumq; uidisset
aut audisset figurare & in commentarios redigere
satis commode poterat: in eoq; maxime se exercuerat:
quod libellus ab eo compositus satis declarat ubi ni-
hil eorum: quæ ab Apollonio dicta factaue fuerunt se
ignorasse demonstrat: adeo ut etiam minima collegis-
se satis constet; in quo non alienum uidetur referre:
quod cuidam tale eius studium accusanti respondit.
Erat uir quidam ociosus & inuidus qui cætera quæ
dem ab eo scripta bene recteq; se habere diceret: & sen-
tentias opinionesq; Apollonij memoratu dignas cole-
legisset id uero se nequaquam probare dicebat: & mi-
nima etiam dicta suo operi inseruisset, catellos mira-
tus: qui cenantibus dominis micas de mensa cadentes
colligunt Recte dicis inquit, Damis: uerum conuiuuiū
hoc deorum est: & conuiuæ dij: quorum famulis mas-
xima cura est ne quæ etiam minima ambrosiæ parti-
cula si forte ceciderit pereat. Talem itaq; socium &
amatorem sortitus Apollonius magnam uitæ suæ par-
tem secum peregit. Post hæc in me sopotaniã uenien-
tes, ab eo qui custodiendo ponti præfectus erat: quid
nam mercium secum ducerent interrogati sunt: cui
Apollonius inquit, adduco modestiã, iusticiam uirtu-
tem continentiã: exercitationē fortitudinem aliasq;

LIBER

uirtutes plurimas foemineo nomine appellauit: tū custos ad lucrum suum respiciens: da inquit ancillarum nomina mihi præscribere, at enim minime licet inquit Apollonius: Non enim ut ancillas, sed ut tanquam dominas ipsas duco: hanc regionem: quæ propterea mesopotamia dicitur; quæ media inter duo flumina posita est Tigris, atque Eufrates cingunt qui ex armenia defluentes uix eam partem: ubi taurus desinit: continentis eam: quam diximus partem complectuntur. Sunt autem in ea regione ciuitates aliquot: maxima autem ex parte pagis ac uicis incolitur: gentes uero partim armenij: partim arabes nuncupantur: quorum magna pars sedibus incertis uagatur: tanquam in insula sese clausos arbitantes. Quotiensque ad flumina pertingere contingit mare sese uidere putant: cum uideant ab his fluminibus regionem illam non secus atque insulam circūlidi. Flumina enim ubi eam: quam diximus continentis partem ambierant in idem mare decurrunt. Sūt qui dicunt in paludem quandam partem maximam Euftratis dilabi: ita ut ad mare non perueniat. Sed in terra cursus sui finem recipiat: Quidam et audacius de eo loquentes asserunt ipsum cum diutius sub terra fluxerit rursus in egypto apparere: et nilo compleri. hæc autem propterea retuli nequid eorum ommitterem quæ a Dami scripta essent. Et ut simul ostēderem: quales essent opiniones barbarorum: cūque ad maiora mirabilioraque festinet oratio, duo tamen hoc loco non pretermittenda iudicauit: primū est ut ostendam quanta fuerit Apollonius fortitudine: qua fretus barba-

PRIMVS.

ras gentes: & latrocinijs infestas regiones peragra-
 uit quæ nondum Romanorum ditioni parebant: Alte-
 rum est quanta fuerit eius sapientia: per quam ara-
 bum instar uoces brutorum animalium cognoscere as-
 sueuit: hoc autem didicit: cum Arabiam peragraret.
 Arabes enim ab auibus, non secus atq; ab oraculis eo-
 rum: quæ uentura sunt auguria captant: id autem as-
 sequuntur (ut aiunt) draconum corde, aut epate in ci-
 bis assumpto: Post hæc Apollonius ctesiphontem in-
 gressus: in babilonis fines peruenit: erant autem ibi
 dem a rege custodes positi: qui neminem regionem in-
 trare sinerent nisi prius quis nam. & unde esset: &
 quam ob causam in ea loca peruenisset interrogarèt.
 Satrapa autè huic custodiæ prefectus erat ex ijs unus
 qui regis oculi solent appellari: Medus enim princis-
 patum nuper adeptus eum sine timore degere non si-
 uebat. Sed uera simul & falsa formidans magna cū
 suspitione degebat: Apollonius itaq; & eius comites
 ad Satrapam deducuntur: is forte iter aliquo factus
 rus tentorium supra currum panibus onustum ima-
 ponendum curabat: uidens autem uirum squali-
 dum: & macilentum exclamauit: & manibus fa-
 ciem operuit ceu mulierculæ ad horrendæ cuiusdam
 rei subitum aspectum facere solent, uix deinde illum
 respiciens: unde missus ad hos uenisti interrogauit:
 Apollonius uero a me ipso respondit: tum Satrapa
 sponte ne an inuiti uenissent interrogauit: & simul
 aperte dicere: quis nam essent imperauit qui regis fi-
 nes itasset: cui Apollonius: mea est inq; uniuersa ter

LIBER

ra propter ea quocumq; libuerit pergendi facultas da-
 tur: cumq; satrapa tormēta adhibiturum minaretur:
 nisi a pte ad ea: quæ interrogauerat respondisset: Per
 iouem inquit Apollonius pprijs manibus tuis penas
 lues: si forte me attigeris: His uerbis stupefactus eunu-
 chus quādo illum interprete nō egere: sed propria uo-
 ce loquentem & respondentem animaduertit huma-
 nius: placidiusq; illum intuens: uoce etiam paulo sub-
 missiore locutus: per deum inquit dicas rogo: quis nā
 sis: cui respondens Apollonius inquit: quoniā huma-
 ne, honesteq; interrogas quis nam sim audies: ego em̄
 Apollonius sum Tyanens. Iter autem ad indorum
 usq; regem facere decreui: ut eorum locorum mores,
 institutaq; cognoscam: libenter autē & regem tuū,
 si facultas daretur conuenirem: ferunt enim qui secū
 commercij quicquā habuere ipsum esse uirum mini-
 me malum: siquidem est ut opinor Bardanes qui abla-
 tum sibi regnum nuper recepit. Is ipse est inquit sa-
 trapa diue Apolloni. Iandudum enim de te multa tā
 quam sapiente uiro audiuimus: q̄ si ad regis Thronū
 accesseris commeatum in indiam usq;: & camellum
 singulis uestrum daturum regem non dubito: ego au-
 tem priuatim hospitem mihi te facio: & thesauros
 magnos ostentans: horum inquit quot quot uolueris
 summendi non semel tantum: sed si libeat etiam deci-
 es prebeo facultatem: cumq; pecunias renueret Apol-
 lonius: hoc tamen babilonium uinum accipies inquit
 satrapa: prebet enim nobis satrapis rex quottidie ui-
 ni amphoras decem: por corū præterea & caprarum

PRIMVS.

tostas carnes: et farinam ac panes arbitrato tuo sum-
 mere potes: nam quod tibi post hac peragendum est
 iter magna ex parte uicis colitur: ubi non facile quæ
 ad uictum pertinent reperire possis. His dictis ex ma-
 nu Apolloniū capiens audio inquit dij immortales:
 quem enim uirum nec animalibus uesci: nec uinum bi-
 bere intellexisset: crasse iquit et inculte ipsum pasca:
 atqui licet inquit Apollonius tenui uictu me satiare:
 modo panes atque olera prebeas dabo inquit ille fer-
 mentatos panes: et mirandæ magnitudinis rubras nu-
 ces: olera præterea: quæ Tigris hortos irrigas pulcher-
 rima profert. Verum iocundiora mihi sunt inquit
 Apollonius agrestia: & sponte sua nascentia olera:
 quam quæ ui quadam et coacta nascuntur. Sunt ea in-
 quit profecto satrapa suauiora: sed absinthium in ba-
 bilonis regione abundans amaritudine sua ceteras her-
 bas inficit: & gustatu iniocundas reddit: Propterea
 quæ a satrapa dabantur suscepit: atq; inde iam disce-
 dens. Vt optime inquit opus est non in fine solum ue-
 rum etiam in principio placidum eēt: tacite illum ob-
 iurgans de his: quæ minatus fuerat tormentis: quæq;
 superbe barbarez; dicta in principio audierat. Stadia
 post modum uiginti iam progressis leena in itinere
 occurrit a uenatoribus interfecta: erat autem fera in-
 genti magnitudine: quanta antea uisa nō fuerat: cir-
 ca ipsam clamor erat magnus uenatorum: et eorum q;
 ex proximis uicis ad uisendā feram cōcurrerant: qui
 magnitudinem insuetam: et præterea maius aliud in
 illa admirabantur: cæso enim uentre catulos octo in

LIBER

utero habentem inuenere. Traduntur autem de leenæ
 partu huiusmodi, gestare leenam in utero factum mē
 sibus sex: terq; omnino in tota uita parere, parit au-
 tem: ut aiunt: prima quidem uice tres: secunda autem
 duos q; si tertio forte parere illam contingat: unum
 dumtaxat parere consuevit quasi natura uolente ra-
 riora producere: quæ magnam in se feritatem habēt.
 Neq; enim fides adhibenda est dicentibus q; adulti in
 utero catuli maternis uisceribus laniatis nascuntur:
 constat enim generatis ad generantia naturalem quē
 dam amorem inesse: ut per eum species in rerum na-
 tura conseruentur. Contemplatus igitur feram Apol-
 lonius cum aliquandiu tacitus perstitisset: o damis in-
 quit nostra ad indorum regem peregrinatio ānua fu-
 tura est: & preterea mensium octo: nec ille nos antea
 dimittet: neq; nobis facile est ante prædictum tēpus
 illinc discedere: hoc autem ex catulorū numero cōijce-
 re licet: quorum singuli singulos denotant menses: ip-
 sa autem leena integrum annum nobis designat: per-
 fecta enim perfectis conferēda sunt: Sed quid inquit
 damis de passeribus dicemus qui sunt apud homerū:
 quos in aulide draco absumpsit cū octo essent: nonam
 & his matrē adiungens. Id enim portentum calchas
 interpretatus nouē annos apud Troyam pugnatu-
 ros græcos prædixit. uide igitur ne iuxta calchantis et ho-
 meri sententiā in annos nouem nostra protrahatur
 peregrinatio. Ad hoc Apollonius recte iquit o damis
 passerum pullos iam natos: & in lucem editos home-
 rus annis, cōparat: ego autem imperfectas & nons

PRIMVS.

dum ortas feras: quinetiã forte nõ nasciturã quonã
 pacto annis equiparem? que enim preter naturã sunt
 effectum raro sortiuntur: sortita quoq; cito corrumpuntur:
 sed nos cœptum iter peragamus deos qui hæc ostendunt
 precati ut hæc nobis bene propitiei; euenire concedant.
 Postea cum in regionem cissiam babilonie finitimã deuenissent
 tale quoddam illi somniũ a deo mōstratum est. Pisces e mari
 expulsi: et per terrã uagantes non secus atq; hoies queri
 uidebãtur. q; præter naturam preterq; consuetudinẽ extra
 locũ pprũ manere cogerẽtur. Præterea Delphinum ad natãtẽ
 suppliciter precari uidebantur ut sibi opem ferret:
 Idq; ita petere dicunt homines patria extorres reditum
 in ipsam petere solent. Nihil autem uisu terribus Apollonius
 secum quidnam hoc uisum portenderet tacitus cogitabat:
 ueruntamen timorem simulantem (ut damidi:) quem
 pauidiorem agnouerat metum incuteret cuncta sibi,
 ut uisa fuerant enarrauit: qui tanquam oculis eadem
 cernens clamorem substulit: Apollonium seorsum
 aduocans, caue inquit: ne nos tanquam pisces patria
 exules pereamus & multa grauiã in aliena terra
 perpeffi: tãdem malorum grauitate compulsi regi
 cuidam aut Principi supplices manus tendere
 cogamur sicut pisces delphinum supplices orabant.
 Subridens autem Apollonius nondum inquit recte
 philosopharis talia metuens: ego autem quid
 somniũ portendat explicabo. Eritrei hanc
 regionem cissiam appellatã incolunt: ex euboea
 quõdam a Dario in hæc loca deducti annis iã ppe mo

LIBER

dum quingentis elapsis: hi sicut pisces in somnio queri uidebatur: ita eorum captiuitatem moleste perferre dicuntur: iubent igitur dei quandoquidē in hęc loca perueni. illis quoad possim opitulari: et fortasse grecorum animæ qui in his locis periire fato quodā: propter eorum qui supersunt utilitatem ad loca me impulerunt. Parumper igitur ex itinere diuertamus: & de puteo iuxta quem habitant interrogemus. Is enim bitumine, oleo, et aqua plenus esse perhibetur: et ex eo si quis haustam materiā effundat seorsum quęq; dictorum humorum ædere perhibetur: et inuicē secerni. Venisse autem in cissam Apolloniū eius epistola testatur: quam ad sophistam claudonem uirum bonum, ac perhumanum scripsit in qua singula illic a se uisa: quęq; incolentium causa fecerit diligenter enumerat hortaturq;: ut eritreorū misereatur: neq; illorum causa lachrymas fundere recuset: quotiens los qui de illis contigerit. His etiam consonat quę de eritreis a damide scripta reperiuntur. Habitant enim in regione medorum non longius a babilone: quā quantum diurno itinere expeditus cursor pertrāsiret: ciuitate autem cissia regio carens, pagis dumtaxat et uillis incolitur. Sunt autem pleriq; pastores: qui paruis equis greges pascendo circūuehūt. Eritrei autem in media regione collocati aquis in fossas ex flumine deriuatis circūdantur: quasi ipsi sibi ueluti mœnia feruntur circūdedisse ad barbarorum impetus propulsandos. Regio bitumine abundat: propterea non facile in ipsa Plantæ coalescunt: & hominū breuis est ui

PRIMVS

14
 17
 ta: nam aquæ bitumine infectæ: & intestinis plerūq;
 residentes morbos gignunt. Nutrit autem ipsos tumu-
 lus uillæ p̄pinquus paulum supra ceteros campos ses-
 se extollens: in quo ip̄i fruges serunt: q̄ sit locus plani-
 cie incorruptior. Ferunt aut̄ indigenæ ex eritreis quō-
 dam audisse septingētos supra octoginta captiuos fu-
 isse: non quidem omnes ad arma ferenda idoneos fuis-
 se: nāq; in eo numero fœminas: & senes: & ut arbi-
 tror etiam pueros aliquot. Magna enim erithreorum
 pars in caphareum: & montana eu boiæ: in ea autem
 loca deducti cum pleriq; cedendorum lapidum artem
 scirent: & is quem diximus tumulus materiam suppe-
 ditaret: & antequam græcorum more construxerunt. Forū
 præterea quale conditio loci sinebat. Aras quoq; ere-
 xerūt: Dario quidem duas: unam Xersi. Darideo aut̄
 complures: uixerunt autem post captiuitatem usque
 ad darideum ānos octo supra octoginta. Litteras græ-
 co more scribentes: & antiqua sepulchra græcis lit-
 teris inscripta extabāt. Talis, Talis filius. Naues quo-
 q; sepulcris insculptas fuisse dicebant: ut quisq; in eu-
 boea nautica exercuerat. Sepulcra autem aliqua: quæ
 uetustate ceciderant aut aliqua ex parte corrupta e-
 rant proprijs manibus instaurasse Apollonium claus-
 sisseq; scribit Damis: præterea sacrificia illorum um-
 bris fecisse: non tamen ut aliquid occideret, aut uiuū
 aliquid obrueret. Lachrymas etiam illorū miseratio-
 ne fudisse: & talia in medio dolore uerba profudis-
 se. Eritrei fortunæ sorte hūc delati uos q̄dem & si p-
 cula uestris sepulti tamē estis: q̄ aut̄ uos huc deduxere

LIBER.

circa insulam uestram peuntes insepulti iacēt. Quod enim in curua euboia gestū est dii demonstrant. Apollonius autem in fine epistole: quam ad sophistā scribit. Curauit inquit scopelliene eritreos tuos cū adhuc iuuenis essem: illisq; quoad potui utilitatem præbui tum mortuis: tum etiam uiuentibus: quomodo autē uiuentes iuuerit mox dicemus. Cum eritrei tumultū quē dixi semiasent uicini barbari circa messis tempus discurrerent aduertas iam fruges predabantur ex quo fame opprimi eritreos contingebat: cum pro alijs laborassent: cum igitur Apollonius regem allocutus ē: petiuit ut solis eritreis colēdum tumultum: & tuto quæ in eo seuisent colligēdi potestatem præstaret: Quæ autem in Babylonia gesserit Apollonius: quæq; in ea memoratu digna inuenerit hæc ferme comperio. Primo quidem babylonie muros admirabiles ferūt, qui stadiorum quatringerorum: & octoginta ambitum complecti dicūtur. In altitudinem uero tria semiuigera atolli: cum sint paulominus unius iugeris crassitudine. Secat autem mediam Babyloniā Eufrates: cui Pons mirabili arte cōpactus domos regias in utraq; fluminis ripa mirabili opere fabricatas iungit inuisibili quadam & incredibili pene iunctura. Fertur enim mulierem ex medorum gente natam: & quandoque id regnum sortitā pontem artificio prius ignoto supra flumen edificasse. Lapidēs enim & ferrum præterea bitumen & reliqua tenaci conglutinationi faciēde accommodata ad fluminis ripas congregauit: deinde fluminis aquas in paludes proximas deriuauit: atque

PRIMVS.

exsiccato fluminis alueo duorum passuum fossam ef-
 fodit: quam super iniecta testudine cooperuit: ut ad
 regias: quæ utrinque fluminis ripis adiacent: per eam
 quam diximus foueam non secus: ac per aridam ter-
 ram aditus intercederet: ita, ut fornicis altitudo flu-
 uialis aluei adæquaret etiam fosse quidem fundamē-
 ta parietesque, ac superior fornix ita in unum quasi la-
 pidem conglutinati obdurauerunt: ut nullus in eam
 aditus aquæ pateret: hoc pacto insolitum alueum flu-
 men reduxit Euphratem. Regiæ etiam are ad opertæ
 fulgent: thalami uero, & porticus atq; atria cum ar-
 genteis: tum etiam aureis liminibus uarijs sculpturis
 quasi litteris in sculpta nitent. Peplorum autem: qui-
 bus apparatus domus erat textura: et ex græcorum fa-
 bulis ornamenta monstrabat: Itaq; Andromeda &
 Orpheus plerisq; locis cernebantur: plurimum nãq;
 eius regionis homines orptheo gaudent. Tyaram forsa-
 tan & uestis habitum contemplantes: musicæ nanq;
 disciplina: quæ in eo fuit aut ab eo decantata carmi-
 non intelligūt: uisebatur quoq; & datis in textus na-
 xum insulam ex mari diuellens: & Artasernes eretri-
 am obsidens: & omēs Xersis regis uictoriæ. Neq; pro-
 cul aberāt Athenæ: & thermophile: & flumina: &
 terra sublata & maris hellepontiaci iugum: contra-
 q; perfossus athos. Ferunt autem & importicum ue-
 nisse: cuius suprema pars in formam clipei fabricata
 cœli faciē imitabatur Saphiro lapide extrinsecus ado-
 pta: q; lapis maxie cœli colorē refert: ubi eorū: quos ipi
 deos hnt imagines sculptæ erāt. Is aut locus ē ubi rex

ius dicere cōsuevit. ex testudine uero auicula quattuor
 or pendeant: quas moticillas uulgo nomināt fatalē
 conditionē significantes: admonentesq; regē. ne se su-
 pra hominem efferret: eas uero dicunt magos cum in
 regiam uenissent iussisse fieri. Vocant autē ipsas deo-
 rum linguas. De magis autē qui illic erāt Apollonius
 loquitur breuiter tantū dicens se illos allocutum: quæ-
 dam ab eis didicisse: quædam etiam docuisse ipos. Da-
 mis uero sermones cum Magis habitos sibi ignotos fu-
 isse dicit: prohibitum enim se ab Apollonio fuisse ne
 secum proficisceretur: consueuisse autē Apollonium
 diebus singulis bis cum magis loqui in meridie scili-
 cet ac media nocte: ac se aliquando interrogasse Apol-
 lonium quales nam sibi magi esse uiderentur illumq;
 respondisse sapientes qdem: non tamen perfecte. Sed
 de his posterius dicitur. Cum intrasset igitur Baby-
 loniā Apollonius. Satrapa qui magnæ portæ custodi-
 endæ præerat: ubi uisendæ ciuitatis gratia ipsum ue-
 nire audiuit: regis auream statuam illi obtulit: quam
 nisi quis procidens adorasset, ciuitatem intrare non
 permittebatur: uerum his qui ab aliquo Romanorum
 magistratu missi uenissent talis non incumbere ne-
 cessitas. Apollonius itaq; statuam aspiciens cuius nā
 illa esset interrogauit: cuiq; regis eam esse responsum
 fuisset: Is inquit quem uos tam suppliciter uenerami-
 ni: si a me tanq̄ uir bonus laudari meruerit maiorem:
 q̄ ex hac ueneratione gloriam assequetur: atq; hæc di-
 cens ciuitatis portam intrauit: eius uero audaciam ad-
 miratus Satrapa uadentem secutus est: et apprehen-

PRIMVS.

26
19

sa manu per interpretem interrogauit quod nam sibi
nomen esset: quæ patria: quod studium: & cuius rei
gratia ad ea loca uenisset acceptūq; ab Apollonio re-
sponsum in tabella scripsit. habitum quoq; et faciem
hominis adijciens. Inde eos sistere iubens ipse ad hoies
qui Regis aures appellantur p̄currens uerbis Apollo-
nium figurauit: dixitq; regis statuam adorare illum
noluisse: neq; alijs hominibus aliqua ex parte esse si-
milem. Illi uero ad se duci atq; ab omni malo intactū
seruari iusserunt. Venientem itaq; Apollonium: Qui
eorum natu maior erat interrogauit: quamnam fretus
disciplina regem contemneret: Ille uero nequaquam
adhuc se contempsisse respondit: cumq; rursus ille in-
terrogaret num te illum contempturum arbitraris?
Sane per Iouem inquit si ipsum allocutus non bonum
atq; honestum esse comperero: nū igitur dona aliqua
illi affers? affero inquit: & q̄dem præclara. Fortitu-
dinem iusticiam reliquaq; huiusmōi uirtutes: an igitur
tanq̄ non habenti eas affers? Minime per Iouem
inquit Apollonius: sed tanquam ei qui discere possit
ipsis uti, si eas habeat: At enim inquit senior illis talis
bus usus uirtutibus rex: amissum quod cōspicis regnū
recepit: & hanc tam præclaram domum extruxit nō
sine magno labore: & honore. quotus autem a rece-
pto regno hic est annus interrogauit Apollonius: tū
ille mensis iam secundus anni tertij inquit. Suspiciens
igitur, ut solebat Apollonius. O regij corporis custos
inquit siue quo alio nomine Mauis appellari: Darius
Cyri filius & Arthaxersis pater annos ut opinor

LIBER.

sexaginta hoc regnum tenuit: cunq; finem iam adese
 se uitæ suspicaretur tradunt iustitiæ sacrificatē tā
 lia fuisse precatum O domina si qua es usquam: quis
 bus uerbis satis ostēdit se iādudum iusticiam exoptas
 se neque adhuc illam aut cognoscere: aut acquirere po
 tuisse: quod ex eo satis constat: quia adeo filios stulte
 educavit: ut sibi inuicem arma inferrent. ut eorum al
 ter uulneraretur: alter uero interficeretur a fratre.
 Tu autem hunc regem uix dum satis firme in solio cō
 stitutum, omnes iam apprehendisse uirtutes putans:
 tam immoderate ipsum extollis: quāuis tibi, non mi
 hi lucro futurum sit si ad meliorem frugem deductus
 fuerit. Respiciens igitur barbarus in eum, quā proxi
 mus astabat quis nam deorum inquit hunc uirum ad
 hæc loca perduxit: bonus enim cum bono conuersatus
 meliorem, modestioremq; & propterea nobis iucun
 diorem regem efficiet: uidetur enim non parum ab al
 liis hominibus differre: currentes igitur nunciauerūt
 regi stare ante fores uirum græcum sapientem & cō
 sultorem bonum: ut apparet. Forte hoc accedente nū
 tio rex coram Magis sacrificabat: aduocans itaque
 eorum unum perficitur inquit: quod hodie tibi nar
 rari cum me salutatum ad lectum uenisses: uiderat
 autem rex somnium huiusmodi. Iacenti sibi uisus
 fuerat astare Artaxerxes filius Xersis in eam for
 mam atque habitum mutatus: qua nunc eum: qui ad
 uenit esse referunt. Timuerat igitur Rex nequam
 regno permutationem, hoc uisum portenderet: ex for
 mæ commutatione id coniectans. Postquam uero au

diuit græcum ac sapientem esse qui aduenerat: uenit
 in mentem Atheniensis Themistoclis: qui ex græcia
 quandoque in hæc ipsa loca profectus cum Artha
 xerse familiaritatem inijt: eumque cum pluris di
 gnum effecisset magnam sibi quoque parauit digni
 tatem. His dictis dexteram extendens uocate intus ho
 minem inquit, a bono homine aduentus eius sumpsit
 exordium: quando dijs sacra & uota mecum fa
 cturus aduenit. Intrauit itaque Apollonius a multis
 uocatus: in eo nanq; regi gratificari putabant quod
 animaduertissent ipsum eius aduentu letari. In
 gressus autem regiam nihil respexit eorum: quæ cæ
 teros ad admirationem uertere consueuerant: sed tã
 quam uiator illa pertransibat: & Damidem accer
 sens nūquid inquit tu hodie ex me quæsieras quo nos
 mine uxor Pamphili uocata fuerit: quæ cum Sapho
 familiaritatem habuisse, & composuisse perhibetur
 hymnos: qui etiam his temporibus in honorem Pere
 geæ dianæ cantantur: eos uero eoliæ pamphiliæque
 modū secuta dicitur edidisse: quæ siui sane inqt Das
 mis: tu uero nomē haud quā protulisti: nō ptuli in
 quit: O bone uir uerum si modos hymnorum consyde
 remus: & quo pacto Eolica nomine & cantus Pam
 philijs permutarit: alij profecto euaderemus: mini
 meque de nominibus exquirendis sollicitaremur: at
 tamen sapientis mulieris nomen fuit Damophila:
 quæ æquales sibi uirgines congregasse: & poemata
 composuisse partim amatoria: partim Dianæ laudes:

LIBER.

continentia multaque ex saphi poematibus didicisse opinatur. Tantum itaque abfuit, ut regias opes, aut eius fastum admiraretur: ut ne oculos quidem ad ea aspicienda uertere dignatus de rebus alijs sermones instituerit. Rex autem uerientem conspicatus: quod satis magna erat templi magnitudo quaedam ad circumstantes locutus agnoscere se hominem dixit, inde cum propius accessisset magna uoce exclamans. Is est inquit Apollonius quem Magabates frater meus Antiochiæ quandoq; se uidisse retulit summo honore admirationeque a studiosis omnibus habitum: & ipse tunc talem: qualem nunc uideo designauit: A deum igitur & salutantem rex græco sermone compellans secum una sacrificare dijs iussit. Erat autem candidum equum mactaturus & egregijs faleris ornatum: tanquam in pompam profecturum. Respondens Apollonius: tu quidem rex tuo more sacrificabis inquit: & mihi meo ritu sacrificare concedes: His dictis thura manibus capiens. O summe sol inquit eo me terrarum mitte. quo me profuturum esse cognoscis: & concede precor ut uiros bonos agnoscam: improbos uero neq; agnoscam: neque agnoscar ab illis: hæc dicēs igni thura imposuit diligenter: post modum intuens quo pacto fumus ascenderet: quasque uertigines faceret: quantum sese attolleret. Inde ignem attingens ubi litasse sibi uisus est. Tu inquit: o rex tuo more sacrificas: & tuæ patriæ ritus serua: ego autem meo ritu sacra peregi: hæc dicens a sacrificio discessit: ne cadis aut

PRIMVS.

sanguinis particeps fieret: peractis autem sacris ad regem ueniens: num graecam linguam penitus sciret interrogauit, an consulendi causa: et ruditatis euitanda pauca quaedam didicisset: cum ille uniuersam perinde ac propriam se nosse respondisset: et audacter quaeque uellet loqui hortaretur, audi igitur iquit Apollonijs peregrinationis nostrae propositum est ad indos proficisci: attamen sine uestro congressu transire nolui: cum audissem te uirum esse perfectum: quale nunc presens intueor: & simul sapientia: quam apud uos magi profitentur agnoscere cupiebam, ut uiderem an circa diuersas res (ut fertur) sapientes essent: ego uero Pythagorae samij disciplina profiteor: qui me deos hoc modo colere docuit: et ab ipsis uisibilia inuisibiliaque cuncta cognoscere: meque cum illis aliquando loqui, ab eodem praeterea didici hoc terrestri uellere amiciri: quod non ab omnibus detractum: sed purum ex puro natum est: aqua. s. atque terra: ipsam quoque complexitatem a Pythagora acccepi: et ab animalibus uescendis abstinentia ex eiusdem doctrina mihi contigit: comes autem & particeps desiderii aut deliciarum nec tibi nec alij cuiquam esse uellem, a curis autem: et sollicitudinibus liberare quemuis facile possum: quae ea quae agenda sunt non solum agnosco: uerum etiam praecognosco: et haec quae cum rege locutum Apollonium scribit damis: ipse etiam Apollonius in quadam scribit epistola sicut & alia multa ab se dicta factaque in epistolis retulit. Postquam uero rex cum amicis loquens magis gaudere se dixit letarique ob ea quae ab Apollonio audierat: quam si persarum aut indorum opes diuitijs

precisset sibi illum hospitem fecit: & aula reg-
 iae participem esse iussit. Tunc Apollonius si te inq-
 uo rex in patriam meam uenientem, rogarem ut in ea
 domo maneres: quam ego habitare: num facturus id
 esses: certo per Iouem rex inquit etiam si domum des-
 teriorem habitaturus essem: quam nunc satellites: et
 mei corporis custodes habitent. Attamen non p- tua
 dignitate susceptum te dicere posses: ea igitur mea ra-
 tio nunc est inquit. si enim domum conditioni meae
 imparem habitauero taquam prauus accusari possem:
 omnis enim excessus maiorem affert molestiam sapien-
 tibus quam uobis ceteris defectus: me igitur priuatus
 quispiam malim suscipiat hospitio aequalia mihi pos-
 sidens: ego autem quatumcunq; uolueris tecum sum fut-
 urus Permisit igitur hoc illi rex ne quid sibi afferret
 molestiae: instituitq; ut apud uirum Babilonium bo-
 num quide: & per humanu hospitaretur: cenantibus
 autem eunuchus a rege missus superuenit maadata hu-
 iusmodi a rege ferens. Rex tibi decem munera donat:
 potestatemq; permittit quamam illa uelis esse delige-
 di: rogat autem ne parua petas: q; beniuolentiae suae
 magnitudinem tibi reliquisq; notam esse cupiat. Lau-
 dans itaq; nuntium Apollonius: quando inquit pe-
 tendi tempus datur? cui eunuchus. Cras inquit: & si
 mul amicis omnibus & affinibus regis nuntiauit ut
 postridie ad regem uenirent: ut petenti Apollonio et
 regi petita exequenti testes adessent. Scribit autem
 damis se putasse nihil illum fore petiturum: q; &
 mores eius nosset: & ipsum quandoq; sic deos precan

PRIMVS.

19

tem audisset. O dii concedite mihi pauca habere: & nullius indigere. Rursus uero cum ipsum cogitandum aspexisset omnino petiturum esse: & quidnam petiturus esset cogitare illum arbitrabatur. Vergens te autem in occasum die: o damis inquit: ego nunc mecum cogitabam qua de causa barbari eunuchos modestos arbitrantur: & ad mulieres custodiendas ipse utuntur. Ego hoc inquit damis etiam puero manifestum esse puto: postquam enim membrorum desertio ueneris usum illis abstulit permittitur illis mulierum custodia: & cum mulieribus dormire sinunt. amare etiam. & cum mulieribus concumbere inquit Apollonius ablatum illis censes: utrumq; ablatum inquit arbitror damis: si enim extinguatur: aut auferatur pars ea qua corpus ad uenerem incitatur amare illos nequaquam arbitror. Tum tacitus moratus parumper Apollonius: hodie disces inquit o damis eunuchos amare et cupiditatem quæ per oculos inducitur in illis non extingui, sed calidam & uigentem in ipse permanere: aliquid enim eueniet quo facile ratio tua confutabitur: & si humana quepiam ars est domina potesq; cupiditates eiusmodi ex animo depellere, non recte mihi uidentur eunuchos temporatorum numero adscribere: quia coacti et uolentia quadã cõpuli amore poenitus carere putantur. Tẽperantiã enim munus est cupientẽ quidẽ et appetentẽ a ueneris non superari sed ab illis abstinere: nec ab illo dolore uinci: quem cupite rei desiderium inducit. Tum damis hæc inquit alias considerabimus Apolloni. Nũc autẽ quid

LIBER

regijs pollicitatiõibus preclaris quidem ac magnis re-
 spondendum sit considerari oportet. Petes enim fors-
 tasse nihil in quo cauendum est: ne propter superbiã
 oblata a rege dona repudiare uidearis: hoc igitur tibi
 cauendum esse censeo: et simul ubi terrarũ simus: et
 eius ditioni subiacere nos considerandũ puto: maxime
 uero superbiã calũniam ut dixi fugiẽdam censeo,
 animaduertẽdum preterea puto nobis quod nũc uia-
 ticum suppeditare usq; ad indos, illinc autem redem-
 tibus sufficere minime posse quod nunc habemus: ne-
 q; unde capiamus facultatẽ datum iri. His uerbis arti-
 ficiose damis persuadere tẽptabat: ne quã regem da-
 turum putabat repudiarunt. Apollonius autem quas
 si rationibus illis persuasus: et alias quoq; in eandem
 sententiam adiiciens: exempla inquit ad rem facien-
 tia pretermisisti o damis: Nã eschines. lysaniã filius
 in siciliam ad dionysium pecuniã accipiendã causa
 nauigauit: & Plato in siciliam itidem nauigãs: ter-
 caribdim preternauigasse dicitur sicularum diuitias-
 rum causa. Aristipus insuper cirenaicus: & ciceus
 elicon: et phiton: qui ex rhegio aufugit eodem profes-
 sti sunt. omnesq; dionysij thesauris ita se immerfere:
 ut uix inde diuelli possent. preterea gnidium eudoxũ
 pecuniã causa in egyptum profectum, Idq; etiam fa-
 teri ausum cum rege aduentus sui causam communi-
 casse perhibet. At ne plures calũnier. Spensippũ athe-
 niẽn- usq; adeo pecunias amasse tradunt: ut in casana-
 drimuptijs macedoniam usq; sit profectus. Poemata
 sane frigida a secõposita ferens: eaq; publice pecunia

rum gratia recitasse dicitur. Ego autem o damis sapiētem uirū periculis subiacere magis arbitror quā qui in mari nauigant: aut qui in pugna preliantur. inuidia nanq; ipsum comitatur et loquentē: & tacentē: et detrahentem: & remittentem siue aliquid agat siue agere omittat: si saluter: aut non saluter: opus igitur illum undiq; munitū esse & cogitare: q; si a desidia uincatur sapiens siue ob amore: aut ebrietate: siue aliquid minus opportune fecerit ueniam fortasse merebitur: sin uero pecunijs se se subiecerit: nullam oīno merebitur ueniam omnibusq; erit odio: & uitijs cūctis obnoxius existimabitur: neq; enim pecuniarū cupidine ipsum superari putabunt homines: nisi uētris: et uini cupidine superetur: aut nimio uestitus luxu: quae plerūq; meretricius amor comitatur. Tu aut fortasse minus uitiiū esse putas in Babilonia: quā athenis aut in Pythia aut in olimpijs peccare: neq; existimas sapienti uiro ubiq; esse grāciam nec ullam ei desertā esse aut barbaram regionem: propterea non extimatione: aut opinione ducetur: cum semper in oculis uirtutis uiuat & hominum paucos respiciat: cum infinitos pene uideat. Quod si quempiam athletam o damis offenderes luctam aut pugillatoriam artem exercentem: num ipsum extimatione aliqua dignū putas res nisi cum olympia uicisset in achaiam proficisceretur: aut generosum ipsum fortemq; diceres nisi etiam in Pythijs ac nemeis corpus exerceret: qui ludi celeberrimi sunt: & magno grecorum studio coluntur. q; se forte propter captas urbes Philippus: aut eius filius

LIBER

Alexander propter victorias habitas ludos indixerit: num athletam illum minorem corporis curam habitaturū: aut remissius certaturū arbitraris? propterea q̄ in olimpo aut in Macedonia siue egypto certandū esset: & non in gracia: atq; ibidem existentibus stadiis: hac ratione adeo se confusum scribit damis: ut faciem ob pudorem occultaret: seq; excusando ueniam peteret: q̄ nondum satis illius mente perspecta talia consulisset. Verum Apollonius bono illū animo stare iubens: confide inquit: neq; enim tui obiurgādi causa hac dixi: sed ut plane aperirem animum meum. Interea accedente eunucho: qui illum ad regē uocabat: pergamus inquit: nam quæ ad deos attinent bene mihi disposita sunt. Inde uotis sacrificijsq; peractis ad regem uenit specie conspicuus: & habitus ornatu admirabilis. Intranti autem primo rex inquit: Ego decem dona tuo arbitrato eligenda tibi concedo quia te uirum existimo talem: qualis ex gracia nondum quisquam huc uenit. Cui Apollonius non omnia repudiabo inquit: atq; unum præ multis decadibus expetens: quam maxime possum concedi mihi postulo: ut eritreorum miserearis. Inde a Datide incipiens omnes illorum exposuit calamitates: rogo inquit ne miseros datis finibus atq; tumulo pelli sinas: uerum pascere atq; arare intra fines eos illis concedas: quos eis darius tradidit: per graue enim est suis amissis: his etiam quæ ab alio tradita sunt uti non posse. Rex itaq; placido uultu illum aspiciens eritrei inquit: usq; ad hesternū: ut ita dixerim: diē hostes met, ac maiorū meoꝝ

rum extitere. postquā autem armis subacti in ditionē
 nostram cesserunt: eorūq; genus ad internitionē pe-
 ne deletum est: inter amicos numerabuntur: daboq; il-
 lis satrapam uirum bonum: qui iuste recteq; res eorū
 disponat. Tu uero nouē reliqua dona cur non accipis
 Quoniam inquit Apollonius amicos hic nondum ac-
 quisisti. Tu autem inquit rex nullis ne rebus indiges?
 pane inquit Apollonius & oleribus: quæ me iocunde
 splendideq; pascunt. Dum ipsi inter se talia confabu-
 lantur ingens clamor in regia auditur, ab eunuchis
 mulieribusq; exortus fuerat: fuerat autem deprehen-
 sus eunuchus cum una ex regis pellicibus cubans et si-
 cut moechi facere solent ueneria exercens: hunc ceteri
 uiri eunuchi ex coma trahētes circa mulierum claustrū
 deducebant. Illo enim pacto regij serui trahi solent.
 Inde cum eunuchorum senior diceret se iam dudum
 animaduertisse hunc eunuchum eius mulieris amore
 teneri: ac propterea monuisse ne eam alloqueretur:
 neue collum aut manum omnino tangeret: utq; ab ea
 sola exornanda se abstineret. Nunc tamen cum ea iac-
 centem, & uiri opus agentem esse deprehensum. Re-
 spiciens damidem Apollonius tacite sermonis eius
 illum admonuit: quem de eunuchis philosophando
 locuti fuerant. Rex autē ad circūstantes cōuersus tur-
 pe inquit est o uiri p̄sente Apollonio de modestia loqui
 nos: ac non ipsum potius ferre sententiā. Quid igitur
 illū pati dignū censet Apolloni. Quid aliud inquit il-
 le nisi ut uiuat, p̄ter oīm opinionē inuēndēs. Erubescēs
 aut rex nū illū pluries mori dignū cēses q; meū lectum.

ausus est uiolare? At ego inquit Apollonius nõ ueniæ causa hoc dixi sed supplicij quod ipsum si uixerit commitabitur. Si enim in uita permanserit difficilia & toleratu aspa multa pferret: nec cibo, nec potu utēs, nec spectaculis: quæ te tuosq; delectant perfruens: saliet in super in eo cor frequenter: & e somno, excitabitur q; maxime dicunt amātibus euenire. Quis igitur sic uiuenti morbus non aderit quæne pestis uiscera nõ laniabit: q; si non nimium uitæ cupidus amator sit ipse te sepius rogabit o rex: ut se interficias: aut sibi ipse mortem consciscet: presentem diem deplorans: q; non statim mori sibi contigerit. Tale itaq; fuit Apollonij responsum, adeo iucū dum ac sapiens: ut eo persuasus rex uitam eunucho permetteret. Profecturus autē rex uenatū in hortos: ubi leones ursos pantherasq; clusas seruabat: rogauit Apollonium ut secum una ad spectādum accederet: cui Apollonius, an inquit oblitus es o rex noluisse me tibi adesse sacrificanti: multo igitur minus iocunde uidere possem feras uulneribus affectas, & præter ipsarum naturam sæuientes. Interrogāti regi quonam pacto stabiliter tuteq; regnare posset: respondit Apollonius: si multos honoraueris, paucis uero credideris. Cum syriæ quidam princeps legatos ad eos misisset: & de duobus uicis qui in finibus eius positi erant: diceretq; illos quondam antiocho-seleucoq; paruisse: nunc suæ ditionis esse quāuis iure ad Romanos spectent. Arabes autem, et Armenios uicis illis nõ ausos esse molestiam inferre: se autem illos inuasisse: ut talis terræ fructus ipse rex potius caperet.

PRIMVS.

cum ad se potius quam ad Romanos crederet pertinere. Rex autem parumper a se dimissis legatis. hos pagos iquit Apolloni prædicti reges maioribus meis concessere pro his feris educandis: quæ a nobis captæ per Euphratem ad eas perueniunt. Isti uero tanquã horũ obliterati iniuste faciunt. tibi igitur qualis legatiõis hæc sententia uidetur. Modesta inquit Apollonius & iusta. si quæ possunt etiam te inuito possidere: cum sint in eorum finibus posita a uolente suscipere malunt: atque etiam adiecit illud non oportere uicorũ causa: quos aliquando maiores sui possedissent, contentione cum Romanis subire: cum bella etiam pro magnis rebus suscipienda nõ sint. Cum rex in aduersam ualitudinem incidisset assistens illi Apollonius, talia tãq; diuina de anima locutus est: ut suspirans rex astantibus amicis diceret Apollonium suis uerbis effecisse: ut non modo regnum: sed etiam mortẽ facile contemneret. Cum aditũ quem sub euphrate edificatum diximus rex Apollonio monstraret: iterrogaretq; num sibi magnũ uideretur miraculum: eius admirationẽ calumniatus Apollonius, miraculum inquit eẽt O rex si qui fluiuium tã pfundum, tam rapidum peragrarẽ pedibus potuissent. Inde cum muros echatanorũ eidem ostenderet diceretq; illos deorum habitationem esse, Deorum inquit Apollonius habitationem oino non esse scio: utrum aut uirorum sit habitatio nescio. Lacedemoniorũ nanq; ciuitas O rex absq; muris habitatur. Rursus cũ rex iura dicens iactaret se in una audicẽda causa biduum iam cõsumpsisse. tarde enim inquit

LIBER

quod iustum esset inuenisti. Alias item cū plurimis a procuratore susceptis pecunijs rex innumeras pecunias in thesanris cōditas Apollonio ostēdisset: quo illi pecūiarum cupiditatem iniiceret ipse nihil eorū: quæ uidebat admiratus tibi inquit O rex pecuniæ istæ sunt: mihi uero paleæ. quid autē cum illis operare preclare possem interroganti, ut illis uteretur respōdit, es enī rex. Multa cum rege huiusmodi locutus, ubi libenter sua consilia sequentem aīaduertit: satisq; iam cū magis philosophatum esse putaret: age iam inquit O damis ad indos pergamus: qui enim ad lotophagos nauigant: eius sibi suauitate capti domesticarum rerū obliuiscuntur: nos uero quanq̄ nihil hic tale gustauerimus diuitius tamen q̄ deceat in his locis concedimus. Mihi uero hoc ipsum uidebatur: inquit Damis sed tēpora compitans: quæ ex leena uisa cōiectauimus: quo ad illa preterirent expectabam: quæ non dum sane perfecta sunt: mensis enim quartus supra annū uoluitur: ex quo huc peruenimus: sed tamen si nūc abire possumus bene habet. At enī inquit Apollonius nō sua sponte nos dimittebat rex ante mensis. viij. finē. Sed benignū & humanum ipsum agnoscis: & meliōrē: q̄ ut barbaris imperet. Postquam igitur pœnitus abire constituit Apollonius capiendorū munerum sibi uenit in mentē quæ eo usq; summēda distulerat: quoad ī eis locis amicos compararet: regem igitur adiens inquit, optie rex ego hospiti meo beneficij nihil contuli, tum uero sacerdotibus magis doctrinæ mercedem debeo: rogo igitur, ut eorum memineris meiq; gratia aliqd impartiri-

as boni. His postulationibus uehementer gauisus rex
 cras inquit istos magnis ornatos p̄mijs & dignitate
 auctos ostendam tibi. Tu aut̄ ubi mearum rerum nul-
 lis oīno indiges permitte saltem: ut hi ex me pecunias
 accipiant: manu autem designabat eos qui damidem
 sequebantur: cumq; illi huiusmodi uerbis auditis sese
 auertissent: uides inquit Apollonius, o rex manus me
 as q̄ multe sint: & tamen omnes inter se similes. Sala-
 tem inquit rex itineris ducem accipe: & camellos: q̄
 uos portent itineris enim longitudo maior est: quam
 quæ pedibus peragrari possit. Fiat ut iubes o Rex ait
 Apollonius, ferunt enim iter p̄difficile his esse: q̄ hus-
 ius generis iumentis non portentur. hoc enim animal
 facile pasci dicūt: & ubi fruges desint aquā præterea
 in cōmeatu parandam: atq; utribus non secus, ac uinū
 deferri oportet: audiui tridui inquit rex aquis iter ca-
 ret: post id autem fluuijs ac fontibus regio abundat.
 Iter uero per caucasum tibi cēseo faciendū: ap̄ta eim̄
 ambulatu & fertilis: & hospitalis est illa regio. In-
 terroganti autem regi num rediens ad se diuersurus
 esset, certe inquit Apollonius, pergratum nanq; tibi
 munus hoc futurum puto: nam sapientum hominum
 familiaritati assuetus redibo melior q̄ nunc profici-
 scar. Talia dicentem rex complexus pergite inqt, erit
 enim profecto hoc munus amplissimum.

LIBER
PHYLOSTRATI LIBER
SECUNDVS.

Adueniente aut iam aestate Apol-
lonius eiusq; comites illinc disces-
sere: camellisq; uehebantur ipsi:
et itineris dux. Is aut erat stabu-
larius: qui camellis regis curans
dis praerat: abudabat aut omnis

generis comeatibus: quos rex praebuerat. homines insu-
per regionis eius, qua faciendum erat iter certatim illis
benefacere studebant: libenterq; eos suscipiebant ho-
spitio: qui enim agmen praecedebat camellus auream
laminam in fronte gerens praemostrabat regem ex ad-
micis suis quempiam aliquo mittere. Cum iam cauca-
so propinquarent olentis terrae iocundum odorem sen-
sere. Huc autem montem principium facimus tauri:
qui per Armeniam: Ciliciam: Pamphiliam usq; et
Michalem procedens, in mari iuxta quod caeres ha-
bitant desinens: caucasi finis putatur: non autem prin-
cipium ut quibusdam placet. Michalis enim altitudo
non ad modum magna est. Caucaasi aut summitates in
tantum exurgere perhibentur ut sol circa ipsas seorsum
diuideatur: complectitur autem altera parte taurus
conterminem indiae scythiam omnem iuxta meotidem:
et sinistrum pontum duorum millium stadiorum lon-
gitudine. Tantam enim terrae mensuram complectitur
caucasi ambitus: quod autem nostra ex parte appella-
tus taurus per Armeniam protendatur: quod quodam

tempore creditum non est: testantur panthera: quas in Pamphilia parte: quæ aromata profert captas eē comperimus. Tales enim feræ aromatibus gaudēt: & ex longinquo odorem sequentes trahuntur: & ex armenia p̄ montes proficiscentes ad storacis lachrymas feruntur: quotiens uenti ab ea parte flātes ab arboribus id gummi stillantibus odorem perferunt. Accēpi etiam in Pamphilia pantheram captam fuisse auream torquem circa collum habentem armenijs litteris huiusmodi inscriptum. Rex arsaces Deo niseo: regnabat autem temporibus illis in armenia arsaces. Is ut opinor feram uidens eximia præ cæteris magnitudine eam Baccho sacrauit: Bacchus enim niseos a nisa quæ in india est nuncupatur: non ab indis solum, sed ab omnibus gentibus: quæ orientem spectant. Illa uero, quam dixi fera aliquādiu cū hominibus est uersata, atrectari, demulceriq; manibus paties. Adueniēte autem uere: ubi ueneris eam cupido stimulauit maris desyderio tracta in mōte secessit, eodem quo uenerat ornamento insigni. Capta aut̄ fuerat in inferiore tauri parte aromatum odore, ut diximus allecta. Caucasus autem ut ad propositum redeamus mediam atque indiam terminans, in mare rubrum altero cubito descendit. Feruntur autem de eo monte a barbaris fabule: quas de eodem etiam græci decantant. Prometheum scilicet ob amorem quem nimium erga homines gessit in eo monte ligatum fuisse, Herculem uero quēdam: non enim illum qui thebis est ortus esse uolunt: id perferre non potuisse: & sagittis uulnerasse aquī

I. LIBER.

lam: quam suis uisceribus aiebat Prometheus: ligatū autem fuisse prometheum alij in antro dicunt: quod in radicibus mōtis ostenditur: ubi & uincula petris affixa conspici Damis refert: quæ difficillimū nosce sit quam materia confecta sint: alij in summo cacumine montis ligatum fuisse dicunt: est autem biceps: & propterea singulis tumulis singulas manus alligatas fuisse perhibent: cum tamen stadij unius spacio is uicem distent: tanta illum proceritate corporis fuisse tradunt. Aquilas autem quicunq; caucasum habitat: inimicas habet: propterea illarum nidos ubicunq; e nati fuerint igniferis sagittis incendunt: laqueos in super ad eas capiendas tendunt prometheum ulcisci dictitantes, eo usq; fabulis fidem adhibuere. Transeūtib; autem caucasum: quatricubitos homines occurriffe ferunt: colore subnigros, aliosq; uidisse cubitorū quinq; cum ad flumen indum peruenissent. Medio autem itinere usque ad flumē dictum hęc memoratu digna inuenerunt. At primo quidem cum lucente claraq; luna noctu iter facerēt. Lamie phantasma illis occurrit: modo in hanc, modo in aliam figuram sese cōuertens: quandoq; ab oculis repente euanescebat. Apollonius autem quidnam id esset quāprimum agnoscebat grauib; q; contumeliosis uerbis illud increpans: socios ut idem facerent hortabatur: id enim cōtra huiusmodi inuasionem optimum sciebat esse medicamentū. Eius dictis cum socij paruissent stridēs phantasma celeriter tanquam idolum aufugit. Transcendentibus autem montis uerticem: & summum eius iugum per

SECUNDVS

ambulantibus: cum decliuis admodum qua descensuri
 erant locus occurreret: his uerbis damidem interro-
 gavit Apollonius. Dic queso damis ubi nam hesternum
 fuimus die. Tum ille in subiecta montis planicie in-
 quit: rursus Apollonius ubi nam hodie sumus, in cau-
 caso inquit ille: nisi mei sum oblitus: quando igitur in-
 feriore in loco fuisti inquit: tum damis at hoc nec in-
 terrogatiōe dignum quidem est: Nam heri per terræ
 quasi concauitates ambulauimus: hodie autem ipsi cæ-
 lo propinqui sumus. Putas igitur o Damis inquit ille
 hesternam profectiōem infra esse, hodiernam uero
 supra. Certe inquit p Iouē damis, si nō sum insanus: opi-
 naris ne igitur inquit Apollonius locorum diuersitas
 tem mutationis quippiam nobis afferre: atque hodie
 tibi eē plus aliquid, quam heri. opinor inquit damis:
 nam heri, qua plures ambulant pergebam. hodie uero
 qua pauci: at enim inquit Apollonius nunquid & in
 urbe licet a communi uia diuertere qua pauciambu-
 lant ambulare: uerum ego non propterea hoc dixi in-
 quit Damis: Sed quoniam heri per uillas: & pa-
 gos ambulantes, inter homines uehebamur: hodie
 uero in regionem ascendimus ab hominibus non
 cultam: ac pene diuinam: Nuper enim ducem no-
 strum audisti dicentem Barbaros hæc loca deo-
 rum domum esse prædicare: & hæc dicens ad sum-
 mum uerticem montis oculos erexit. Apollonius
 autem ad prius interrogata ipsum reducens: potes
 ne inquit O Damis afferre quid de diuina natura
 d iiii

LIBER.

intellegeris: ubi cælo magis appropinquasti. Ille uero nihil afferre possum respondit. Certe autem oportebat: inquit Apollonius supra talem machinam: tanque diuinam constitutum de cælo de sole: de luna euidentiores aliquas opiniones afferre, existimabas enim tam prope cælum te accessisse ut posses: quæ modo nominavi corpore & uirga contingere: Quæ ego inquit Damis heri de rebus diuinis sentiebam eadem hodie sentio: neque de ipsis noua ulla superuenit opinio. Infra igitur adhuc es O damis nihilque ex tanta altitudine accèpisti nouum: & a cælo itidè atque heri distas recte, igitur se habent: quæ te primitus interrogauit: ne me ridicula quædam interrogasse putes. Certe inquit Damis sapientiosem me descensurum fore arbitrabar: cùm audirem clætonem Anaxagoram in Mimanto: qui mons est ionie de cælo cælestibusque contemplatum. Thaletem uero milesium in propinquo micaia idem fecisse: ferunt etiam nonnulli subterranea loca meditationis gratia elegisse: quosdam uero in Athum montem contemplandi causa secessisse audiui: ego autem altitudinem cum numeratis omnibus conscenderim nihilo sapientior factus descendam: sed neque illi ait Apollonius sapientiores res propter loca facti descenderunt: tales enim speculæ cælum fortasse magis ceruleum ostendunt: & astra paulo maiora & solem ex nocte emergentem: quæ etiã pastoribus: ac bubulcis sunt manifesta. Verũ quo pacto deus genus humanũ curet: et quò ueneratiõe ho-

SECUNDVS.

minibus exhibita gaudeat: & quidnā sit uirtus: quid
 iusticia: quid temperantia: nec athos unquā ascendē
 tibus ipsum ostendet: nec qui poetarum carminibus
 celebrator est olympus: nisi animus illa contempletur:
 quo puro incorruptoq; seruato si quis ea quae modo
 dixi inspiciat: altius quam hic sit caucasus cognos
 cendo profiliet. His dictis cum iam montem trāsgres
 si essent: uiri occurrerunt qui elephantis uehebantur:
 hi autem sunt qui regionem colunt, inter caucasum
 montem: & fluuium cofinum iacentem: homines pla
 ne inculti: & armentorum equites, curatoresq;: quo
 rum aliqui camellis etiam insidebant: quibus ad cur
 sum utuntur indi: hisq; uno die mille stadiorum iter
 conficiunt: & genua habent nequaquam flexibilia.
 Vnus igitur eorum camello insidens, cum propius ac
 cessisset: itineris ducem, quonam pergerent interro
 gauit: cunq; peregrinationis nouisset causam ceteris
 pastoribus nunciauit: qui eo nuntio gauisi propius ac
 cedere illos iusserunt: et uenientibus uinum obtulere:
 quod arte quadam ex palmarum fructibus exprimūt:
 mella insuper ex eisdem arboribus decerpta. prateria
 leonū, ac Pantherarum carnes & earūdem ferarum
 pelles a carnibus nuprime dirreptas donabant. Illi ue
 ro ceteris omnibus praeter carnes, acceptis discesserūt:
 uersus orientem iter facientes: cūq; apud fontem quē
 dam prānderent, acceptum ab indis pastoribus uinū
 pergustās damis: per Iouem inquit hoc poculum plu
 rimi facies Apolloni: neque enim hoc uinum (ut arbi

LIBER

tror) recusabis, sicut illud quod ex uuis exprimitur at
 q; hæc dicens poculum libauit: quoniam loquendo Io
 uis meminerat. Subridens autem Apollonius, nonne
 pecunijs accipiendis abstinemus inquit o damis pluri
 mum certe inquit ille: ut sæpius ostendisti: Quid igitur
 dicendum erit Apollonius inquit si ab aureis atq;
 argenteis drachmis abstinuerimus: neq; ab eiusmodi
 generis numismate uincamur omnino: quãuis non so
 lum priuatos homines, uerumetiam reges ipsos uideas
 am illud uehementer affectare: sin uero quispiam aue
 um nummum pro argenteo: aut deauratam. & in au
 rricula clausam adulterinam pecuniã obtulerit: num
 ipsam accipiemus: quæ re uera non ea sit pecunia: quã
 uulgus tanto tempore concupiscit: Quinetiam indis
 numismata sunt ex aurichalco areue nigro confecta:
 quibus omnia emere licet, his qui indorum mores, et
 instituta sequuntur. an igitur si tales pecunias benis
 gni, atq; humani pastores obtulissent: tu o damis il
 las me respicientem esses intuitus monuisses ne, ac do
 cuisses re uera pecunias illas esse, quas medorum rex,
 aut Romani cudent: has uero materiam quãdam ali
 am esse ab indis proprie commoditatis gratia esse ex
 cogitatam: q; si tuis rationibus persuasus huiusmodi
 pecunias acciperem, nonne me auarum & philoso
 phie contemptorem dices ac etiam deteriolem: quã
 milites: qui in pugna clipeum abijciunt: abijcieni em
 clipeum alius dari rursus potest: nihilo priore dete
 rior. Vt inquit Archilocus. Philosophia uero quo pas

SECUNDVS.

27
 ito recuperari potest: ab eo: qui semel illam contemp-
 serit, aut abiecerit: insuper bacchum mihi ueniam
 daturum confido: si poenitus ab omni uino abstinue-
 rim. Sin uero ex dactilis cōfectum uinum uuaceo præ-
 tulerim indignabitur: q̄ eius donum contemnere uis-
 deat: & absimus ab eo deo non procul: modo nanq̄
 duces nostrum audisti dicentem prope esse montem
 nisam ubi Bacchus multa, ut accēpi mirandaq̄ ope-
 ratur. Ebrietas quoq̄ o damis non ab uuis tantum ho-
 minibus prouenit: uerumetiam a dactilis perinde atq̄
 q̄ ab uuis pleriq̄ bacchantur: multos enim indorum
 offendimus, uini talis ebrietate correptos: Quorum
 alij quidem saltantes cadunt: alij dormientes can-
 tant, sicut apud nos faciunt q̄ nimio uino repleti fue-
 rint: q̄ autem ipse potionem hanc uinum esse opi-
 naris: ex eo patet, q̄ ex ea Ioui libauisti: & omnia
 precatus es, quæ uina libantes precari solent: uerum
 hæc pro meipso dumtaxat dicta accipe: neq̄ enim
 te neq̄ famulos bibere prohibeo: quin etiam carnis
 bus uesci permitto. harum enim rerum abstinen-
 tiam nihil uobis animaduerto prodesse: immo ue-
 ro consentanea est his quæ a pueritia, erga philo-
 sophiam sum professus. Hos sermones damidis so-
 cij iocunde audierunt, & carniū usum accēperunt
 perlibenter. facilius itineris laborem tolleratu-
 ros rati: si opulentiū aliquanto nutriti fuerint. Post hæc
 fluuium cofanum nauibus traiecere: camellos pe-
 dibus per aquam ducentes: neque enim admodum
 profundus in ea parte fluuius est. Eo flumine su-

LIBER

perato in continentem uenerunt regie ditioni subiectam : ubi nysa mons in altum protenditur ad summum usq; uerticem plantis consitus : ueluti in lydia est tymolus. licet autem cuiq; in ipsum faciliter ascendere : cum sit propter culturam undequaq; peruius. Ascendentibus autem occurrit Bacchi templum: quod plantatis lauris ipsummet Bacchum sibi instruxisse perhibent: tantum soli in girum complexum: quantum mediocri templo satis est: eius autem contegendi causa uites atq; hederæ: circūq; lauros cōplexe quasi parietum structuram efficerent. In medio autem statuum suam erexit, iam tum coniciens fore : ut tempore coalescentes arbores locum ipsum contecturæ essent: quod iam tum ita perfectum erat : ut neq; pluuiæ ingredi, neque intus spirare uenti possent. Faces autem, & torcularia: & cætera uindemiæ instrumenta: partim aurea : partim argentea in templo suspensa conspiciuntur : Bacchi uero simulachrum ex albo lapide fabricatum adolescentis indi effigiem præfert, quotiens unq; autem bacchatur, & nysam concutit, a subiectis ciuitatibus audiri fertur. Est autem de Baccho non parua, inter indos: & græcos controuersia. Ipsi etiam indi de eodē diuersimode opinantur. Nos enim thebanum bacchū ad indos usq; profectum dicimus, Bacchantem simul: & exercitum ducentem: coniecturisq; ad id probandum plurimis utimur : & in primis monumēto: quod in Pythia depositum in eius templi seruat thesauris. Est autem ex indico argento fabricatus discus : taliq; inscriptione notatus. Bacc

SECUNDVS.

chus semeles & Iouis filius ab indis apollini delphico
 sacrauit. Indi autem: qui inter caucasum montem,
 & cofinum fluum habitant, Bacchum ab assyrijs
 in ea loca uenisse perhibent, & quæ de Thebano Bac
 cho feruntur cuncta nouisse: Qui uero inter indū et
 dracarum regionem colunt: quiq; continentis eius re
 liquam tenent partem quæ gange terminatur, Baco
 chum indi fluminis fuisse filium perhibent uenisse
 q; ad eum bacchum alterum thebis genitum: atq; ab
 eodem Tyrso donatum esse: cum e contra thebanus or
 gia sacra celebranda illum docuerit dixeritq; se Ioue
 genitum in primis femore usq; ad partus maturitatē
 fuisse gestatum: inuenitq; mōtem nysæ propinquum:
 quem coxam: seu femur nuncupauit. Nysam uero ut il
 li tradunt in honorem Bacchi uitibus conseuerunt
 homines qui thebis uitium semina eo transtulerunt.
 Idem Alexandrum Macedonem affirmant orgia in
 monte nysa celebrasse: uerūtamen qui nysam incolūt,
 asserunt Alexandrum nequaquam montem ascendisse:
 quāquam id uehementer cuperet: q; esset tum hono
 ris cupidus: tū etiam uetustatis amator. Timuisse aus
 tem ne uitibus conspectis macedones: quas longo iam
 tempore non uiderant domesticarum rerum desyde
 rio caperentur: neue cupiditas uini eos inuaderet iā
 diu bibēdæ aquæ assuefactos. His de causis nysam præ
 tergressus in radicibus montis uota sacraq; peregit.
 Neq; uero sum nescius, minus grata fuisse quibusdā:
 quæ nunc dixi: q; nonnulli eorum qui cum Alexādro
 militarunt aliter de hoc ipso: sed non secundum ueris

tatem scripserunt. Ego autem ante omnia ueritatem
 sectari decreui: quam si et ipsi sequi uoluissent hac lau-
 de non fraudassent Alexandrum: Nam ipsum accessisse
 in montem et bacchantium ritu sacrificasse ma-
 ius quiddam est: quam ut credi facile possit: neq; em
 uerisimile est tam diu illic exercitu commorato nemi-
 nem interea montem ascendisse: Petram autem quam
 auernam incolæ uocant: non procul a nysa posita est:
 non uidisse scribit damis: quoniam in secessu quodã
 longius ab ea qua pergebant uia locata sit: timuisse
 autem Itineris ducem tam longe a recto itinere di-
 gredi. Scribit se ab incolis audisse illum quoq; locum
 captum ab Alexandro fuisse. Appellatus autem locus
 ille auernus: hoc est sine aibus: non propterea q; per
 stadiorum. xv. spaciū: tātum enim in latitudine sa-
 xum illud complectitur aibus careat: siquidem sacræ
 aues supra illud etiam uolant: sed quia in petreæ cacu-
 mine scissuram esse dicunt: quæ superuolātes aues ad
 se trahat: sicut athenis in uestibulo uirginalis domus
 intueri licet & pariter in plerisq; lydiæ Phrygiæq;
 locis: propterea petram illam auernam uocari. Cum
 uersus indum fluuium iter facerent: puer occurrit an-
 nos natus. xiiij. qui elephanto insidens acriter stimulis
 belluam urgebat. id cum omnes mirarentur conuer-
 sus Apollonius damidem interrogauit: quod nam bo-
 ni equitis precipuum munus esse censeret. Tum ille.
 quid aliud: quam equo recte insidere: atq; illi fortiter
 dominari: et frenis in quacūq; uoluerit partem circū
 ducere: non parentem autē uerberibus plectere: cauere

SECUNDVS.

insuper ne in foueam, aut uoraginem, aut hiatus alii
 quem deferatur: dum paludem: cœnumue nititur eui-
 tare. Num aliud ab optimo equite expectemus o da-
 mis. Immo uero: et hoc per Iouē inquit damis ut des-
 cliuem locū ascendēti equo moderate frena remittat:
 in præcipitem uero ac decliuem eūti non deserat fre-
 na sed magis contrahat. Interdum quoq; crines, aut
 aures manu demulcere nec semper in ipsum flagellis
 uti: sapientis equitis esse duco: & eum laudo qui hoc
 pacto sciat equitare. Bellatorem uero equitem Apol-
 lonius inquit et qui in prælio uersari debeat: quibus
 nam artibus diceres indigere. Eisdem inquit damis: et
 alijs etiam quibusdam ut sciret hostem ferire: & se p-
 tegere, insequi propterea: ac refugere, & inimicum
 pellere: & equum assuefacere. ne clipei sonitum, aut
 fulgentis galeæ splendorem formidet: neue pugnan-
 tium clamorem perhorrescat: hæc enim omnia eques-
 stri (ut arbitror) sapientiæ conueniunt. Hunc igitur:
 qui elephantum uehitur inquit Apollonius: qualē equi-
 tem eē putas? Multo inquit ille mirabiliorem eo: quē
 descripsi: belluæ enim tam uastæ molis imperare: cū
 ipse tam paruus existat: & illam quocunq; uelit dē-
 rigere, bacillo, quem, ut uides ipsi uelut ancoram
 iniciat: neq; illius aspectū timere: aut altitudinē for-
 midare: neq; tm̄ robur p̄timefcere diuinū pene aliqd
 mihi esse uidetur: atq; ita me Pallas adiuet: ut hoc
 ip̄m dicēti alteri nūq̄ credidissē. Quid igitur inq̄t
 Apollonius si q̄s puerū uēdere uellet, Tu illū emerēs o
 damis? Certe p̄ Iouē inq̄t ille oia: quæ possideo illius

habēdi grātia tradrē: nā quasi arce occupata dñm ex-
 ercere in belluā: oim: quas terra nutriat maximā, ige-
 nuæ cuiusdam liberalisq; naturæ mihi esse uidetur.
 Verum quo pacto puero uteris nisi etiam elephantū
 emerēs, domui inquit ille meæ & seruis famulisq; om-
 nibus illum præficerem: crederemq; ipsum melius: q̄
 me imperaturum. An tu inquit Apollonius sufficiens
 ter tuas res gubernare te posse arbitraris? æque inq̄
 ille, atq; tu: mearum enim cura rerum derelicta tecū
 circumambulo discere cupiens; atq; cognoscere quæ
 in aliena patria fiāt: q̄ si empto puero duos habueris
 equos: unum quidem cursui aptum: alterum uero bel-
 latorem, num utriq; sine discrimine puerum illū im-
 ponerēs? cursori imponerem inquit damis: quando ali-
 os idem facientes conspicio, bellatorem enim equum
 et armis assuetum quonam pacto conscenderet: qui ne-
 q; clipeum ferre posset: quo equites indigent, neq; tho-
 racem, aut galeam sustinere: hastam uero quomodo
 gestaret, sagittas arcumq; tractare impotens: & qđ
 ætati etiam conuenit pene balbutiēs. Aliud igitur est
 inquit Apollonius o damis q̄ hunc elephātum regit:
 & gubernat: quā is auriga quem ut pene deum uener-
 raris: quid uero inquit damis id est: ego enim sup ele-
 phantum præter puerum uideo nihil. Hæc bellua in-
 quit Apollonius maxime omnium ferarum discipli-
 nabilis est: atq; ubi semel sub homine uiuere coacta est
 ab homine omnia perfert: & morum similitudinem
 ab ipso capit, gaudetq; non secus ac parui canes ex ma-
 nu cibum capere: uementemq; promuscide complecti:

SECUNDVS

tur: caputq; itra fauces immittere hominem patitur
 adaperto rictu tam diu permanens: quoad homini li-
 bitum fuerit: hoc enim in eorum pastoribus fieri ui-
 demus noctu autem fertur suam deplorare seruitutē,
 non elato, ut quandoq; solet barritu: sed lugubriter
 miserabiliterq; immurmurans: quod si ita ingemiscēs
 ti homo superuenerit querelam sistit elephas: quasi ue
 recūdia quadam cōmotus: itaq; sibimet ipse imperat:
 & naturæ persuasio magis ipsum ducit: quam is: qui
 supersedens ipsum gubernat. Cum ad flumen indum
 peruenissent gregem ab eis uisum scribit Damis: qui
 fluuium trāsfnatabat: & ab indigenis talia de elephā
 tis audisse. Sunt enim elephātorum alij palustres alij
 montani: & item tertij campestres: capiuntur autē
 ad bellicos usus: pugnant enim onusti turribus; qbus
 x. aut etiam. xv. indici hoies superstāt qui ex turribus
 tanquā propugnaculis in hostes iaculantur: aut arcu
 sagittas torquent. Animal uero ipm promuscide tan-
 quam manu ad res capiendas aut proyiciēdas utitur:
 quantum autem equo nyseo maior est libicus elephas
 tanto libicis elephātis maiores sunt indici. De elephā
 tum uero ætate: q longissime uitæ sunt ab alijs pluri-
 bus scriptum est: uerūtamen hi penes urbem taxilam
 omnium urbium: quæ apud indos sunt maximam ele-
 phantum inuenisse perhibent: quem uictis ac myrteis
 coronis indigenæ ornabant, asserētes unū ex his eē q p
 rege porro aduersus Alexandrum pugnauerat: quem
 ppter ea q in pugna promptissime uersatus esset Ale-
 xander soli dedicauit: esse aut illi torques aureos cir-

ca dentes, seu potius cornua libeat appellare: Et i tor
 quibus litteras græcas insculptas hæc uerba referre.
 Alexāder Iouis filius aiacem soli: hoc enim aiacis no-
 men ipse elephanto imposuit: magnum, magno nomi-
 ne exornans. Coniiciunt autem indigenæ annos quin-
 quaginta supra trecentos ab ea: quam diximus pugna
 ad ea tempora intercessisse cum tamen scire non poss-
 sint quot fuerit natus annos quādo pugnae interfuit.
 Iuba uero quondam rex lybiæ in scriptis retulit equi-
 tes lybicos quandoque elephantis insidentes inter se
 pugnassee fuisseq; alteri elephātum parti turrim dens-
 tibus insculptam: alteri uero nihil: cūq; nox pugnan-
 tes occupasset partem quæ turrim indentibus gesta-
 bat superatam in atlantem montem confugisse: se ue-
 ro post id tempus annos quadringentos ex ijs unum
 coepisse: qui aufugerant: Et insigne illius dentibus
 insculptum inuenisse: quasi nuper fabricatum.
 nullaque ex parte consumptum. Is iuba dentes ele-
 phantorum, cornua esse arbitratur eo quod a tem-
 poribus nascantur: ac uere autem ipsa elephantibus dicū-
 tur: quod nulli alij inest animalium: permanere eadē
 etiam quæ primitus nascuntur: nec decidere: sicut den-
 tes ac rursus nasci: ego autem his rationibus nequas
 quam assentior. Cornua enim Et si nō omnium ani-
 malium, ceruorum saltem decidunt ac renascuntur: ali-
 orum quoq; animalium nulli contingit ut dentes cæ-
 teris eminentiores, quas sannas uulgo dicimus: aut ge-
 mini etiam sponte cadant: quod si forte uiolētia quas-
 dam coacti ceciderint nō renascuntur: armorū instar
 natura maxillis eos inseruit. Insuper cornua lineam

quandam ueluti toruo impressam singulis anis circa
 radices obducit: quod oues etiā caprae bouesq; testan-
 tur: dens aut lenis politusq; oritur: & nisi uolenter
 frāgatur talis permanet. materiā enim substantiāq;
 lapidis parthici parere uidetur. Cornua insup ea tan-
 tum habēt animalia: qbus duplex bifidaq; est ungula
 Elephas uero quinq; habet unguēs: & plantā multi-
 pliciter scissam: ne altius pedes imprimat si quādo in
 humido solo forte cōstiterit. Præterea natura cornu-
 tis oibus animalibus pforata: & in medio uacua of-
 fa supponēs. Tale etiam extrinsecus cornu producit:
 elephantorum aut plena, & p oēs partes similia ossa
 sunt: q; si illud extrinsecus q; ad apertum inspiciat, in
 medio tenuē foramen inueniet sicut in dentibus eē uī-
 demus: sunt autem palustrium elephantorū dentes li-
 uidi, rari tractuq; difficiles: et in plerisq; ptibus fora-
 mina sunt: in alijs uero ptibus quasi grādinis grana tu-
 mores qdā insurgūt et arti minime obtēpant. Monta-
 norū uero minores sunt dētes: uerū et sufficienter albi
 sunt: et nihil in eis difficile inuenitur: optimi aut oim
 sūt cāpestriū elephātorū dētes: maximi ei albissimiq;
 sunt: et icidi faciles: ut nullo labore in quācūq; manus uo-
 luerit ptē dedncatur. Quod si elephātorū ēt mores de-
 scribere uolumus qd idi asserūt referemus. illi ei in pa-
 ludibus captos demētes leuesq; eē dicūt, mōtanos uero
 puerfos: et isidiosos: et nisi alicuius rei indigeāt mime-
 erga hoies firmi. Cāpestres aut bēigni phibētur et mā-
 sueti ēt imitatiois amatores: scribūt in g; atq; tripudiāt
 & ad fistulæ sonitū saliuūt: seq; a terra saltādo suble-

uant. Cum uideret Apollonius elephantos indum flu-
 men transeuntes: erant aut circiter triginta: & duce
 utebantur eo qui inter ipsos minimus erat: maiores ue-
 ro ipsorum super dentium eminentias pullos gesta-
 bant: promuscide tanquam uinculo ipsos complectentes:
 hæc inquit O damis nullo iubente ex se ipsis naturali
 quadam prudentia: ac sapientia faciunt. Vides enim
 quo pacto sarcinarum uectores imitati suos deferant
 pullos uinculis (ne forte cadant) eos complexi. Video
 inquit damis prudenter sapienterque ipsos operari:
 Quid igitur sibi uult insana quorūdam sollicitudo
 inaniter quærentium naturalis ne sit, an non erga fi-
 lios beniuolentia: hoc enim elephantis etiam clamāt a
 natura ipsi talem beniuolentiam datam: neque enim id
 sicut alia quædam ab hominibus didicere: hi namque cum
 hominibus non uixerunt: sed natura ducuntur: ut a-
 ment quod pepererunt: propterea illis prouident eos
 qui nutriunt. Verū non de elephantis dūtaxat hoc est
 dicendum: quos ego secūdos ab homine pono. Sed hoc
 magis in urfis admiror qui cum feritate ceteras bellu-
 as superent pro catulis tamen omnia faciunt. Itidem
 quoque faciunt lupi, rapinis semper intenti. fœmina enim
 partus custodit. Masculus autem pro catulorum salute
 cibos ad ipsam defert. Idem etiam Pantheræ faciunt
 quæ propter caliditatem matres fieri gaudēt: & tūc
 maribus dominari uolunt: ac domui presidere: mares
 uero patienter omnia sustinent, propter catulorum
 amorem: De læntis autem huiusmodi sermo narratur
 ipsas in amorem sui pardos trahere eosque in leonum

cubilibus suscipere, ubi uero se eorum concubitu gras
uidas sentiunt in montes confugiunt pardorum cons
suetudinem sequentes: pariunt autem maculosos catu
los propterea in densissimis siluis occultatos nutriūt
simulantes uenationis causa a maribus abesse: leones
enim si forte catulos uiderint eos lacerant. matremq;
tanquā adulteram abigūt: quod si catulos habentem
leonem q̄s iueniat animaduertet ip̄m pro catulis tor
ue aspiciere uenientemq; sese ad pugnam parare. Tig
rim quoq; insigni crudelitate animal ferunt in hac
ipsa regione & penes rubrum mare habitātes ad na
ues usq; p̄cedere catulorū repetundorū gratia: illisq;
receptis cū gaudio abire, q̄ si ablatis catulis abeuntes
naues aspiciat mœstam in littore ululare: q̄nq; etiā ob
doloris magnitudinem mori. Aues quoq; quis non ui
deat pullorum causa multa faciētes uelut aquilas ac
ciconias: quæ nunquam nidos extruunt quin lapides
illis imponāt hęc quidem a se aglinum uocatum: illa
uero lychnitum appellatum: propterea quod facem
adhibent, ut oua foetum producant: & serpentes ni
dis non appropinquent: q̄ si maritimas etiam belluas
consideremus non admiraberis delphines, nam benis
gnos existentes suos amare foetus, balenas autem &
phocas: & cætera: quæ foetus uiuentes edunt quomo
do nō admirabimur: cum ego in egis insula uiderim
Phocam a piscatoribus comprahensam mortuum fili
um quem in carcere, ut sic dicam pepererat ita depl
rare, ut triduo a cibus abstinuerit: quamuis omnium
belluarum uoracissima sit. Balena autem faucibus fi

lios abscondit. si quando maiorem belluam fugere cō-
 tigerit. Viperā etiam uisa est serpentes quos peperit
 lingua lambere. & quasi expolire. Non enim assenti-
 or o Damis imprudenti eorum sermōni: qui dicūt ui-
 perarum filios absq; matre nasci, neq; enim hoc natu-
 ra patitur: neq; comprobatur experientia. Tum damis
 cōcedes igitur inquit Apolloni euripidis iāmbicū lau-
 dare: in quo Andromacham talia dicentem inducit:
 omnibus profecto hominibus filij sunt anima. Conce-
 do inquit Apollonius. scite enim sapienterq; dictum
 uidetur: sed uerius multo sapientius que dixisset, si de
 omnibus animalibus eandem protulisset sententiam
 Vis igitur inquit Damis carmē illud ita decantari cū
 tīs animalibus filij sunt anima: in quo ego tibi assen-
 tior: atq; illud ex te quero: nam in oratiōis principio
 diximus: sapientiam mentēq; elephantis inesse. & ue-
 re diximus inquit Apollonius: nisi enim mens quaedā
 hoc aīal gubernaret neq; ipsum pduceret: neq; gētes,
 oīno apud quas ipsi nascuntur: cui igitur inqt Damis
 tam imprudentē sibiq; inutilem tranationē faciunt.
 Præcedit enim (ut uides) omnium minimus: ipsum ue-
 ro sequitur paulo maior: et post ipm alius: ita ut eorū
 maximi postremi sint: oportebat at cōtrariū ordinē ī
 trāseūdo seruare maioresq; tāq; muros et ppugnacula
 cæteris facere. Tūc Apollōius, mime uero inqt. primū
 enī ipi insequētes hoīes fugiebāt q; cōnobis occurrūt il-
 lorū uestigia sectantes. Oportebat igitur contra inse-
 quētes hostes a tergo muniri: sicut in pugna fieri uide-
 mus: in super si eorū maximi prius flumē transissent.

ignotum erat an fluminis altitudinem ceteri minores
 possent superare: illis enim facilis eēt fortasse transi-
 tus cum sint periores: his uero impossibilis forsitan
 esset quod altitudinem aquae superare nō possent: sed cū
 eorum minimus trāsierit facilem eē ceteris trāsitum
 demonstrat: insup maiores prius euntes pfundio-
 rem alueum sequētibus facerent subsidente limo: & in fos-
 sam secedente ppter belluē pondus & magnitudinē
 pedum: minores uero nequaquam tranationi maiorū offi-
 cient minorem in alueo fluminis concauitatem faciē-
 tes. Ego aut in his: quae iube scripsit inueni ipos i uena-
 tionibus sibi mutuo ferre auxilium: ita ut si quis eo-
 rum labore deficiat alter p illo sese opponat: ac si qs
 eorum fuerit uulneratus ceteri aloes lachrymas uul-
 neribus illinentes tanquam medici egrotātibus assistūt
 Multa item huiusmodi ex media philosophia confa-
 bulati sunt loquēdi materiam ex occurrētibus summē-
 tes: quae uero a Nearco: et pythagora de Acesino flumi-
 ne dicuntur & quo pacto in flumen indum decurrēs
 serpentes ferat longitudine cubitorum sexaginta ita
 affirmat esse damis sicuti scribitur. Nos autem hac de
 re sermonem in eundem locum differemus: ubi de dra-
 conibus locuturi sumus: de quorum uenatione a Da-
 mide etiam narratur: cum iam ripis indi fluminis ap-
 propinquarent & de transeundo flumine cogita-
 rent: ex babylonio qui eos ducebat quesierunt, an de
 trāsitu quicquam nouisset. Ille uero nec se unquam in eo naui-
 gasse: nec scire qua parte sit nauigabilis respōdit. Tūc
 illi cur igitur non ductorem aliquem mercede condu-

LIBER.

cimus? qui nos fluminis transitum doceat. Verum ad
 est iam inquit ille: qui nos deducet: & hæc dicens epi-
 stolam ostendit: quam ob hoc secum Babylone porta-
 uerat. Bardanes enim Apollonij amicitia gauisus: et
 plurimum de illius salute sollicitus omnia: quæ illi ne-
 cessaria fore putauit diligenter prouiderat: quapro-
 pter ad Satrapã: qui regioni indiæ adiacenti preerat
 epistolam scripserat: qua multa in eum collata bene-
 ficia redigebat in memoriam: neq; se gratiam pro il-
 lis ullam repetere dicebat: non enim id sui moris esse
 ut beneficiorum gratiam a quoquam peteret: Sed cū
 ipse Apollonium in amicitiam receptum & peregre
 proficiscentem a se dimiserit pergratum sibi fore, si
 petenti gratiam retulisset. Aurum etiam permul-
 tum duci dederat: ut si quibus forte indigeret Apollo-
 nius: non opus ei esset, pecuniam ab alijs petere. Mis-
 sam igitur epistolam læto animo indus excipiens, nõ
 minoris se facere uirum inquit: nec minorem illi ho-
 norem prebiturum: quam si esset ab indorum rege sic
 commendatus. Itaq; nauim propriam: qua cum opus
 esset uehebatur ad eos misit: & minora, insuper nauĩ
 gia qbus camelli ueherentur, itineris propterea ducẽ
 dedit: qui eos quocunq; uoluisset duceret: Ad regem
 quoque suum epistolam scripsit: rogans ne barda-
 ne inferior haberi uellet: in suscipiendo uirum
 græcum sapientem & pene diuinum: hoc itaque
 pacto indum transiere: Cuius latitudo: que quidem
 nauigabilis sit stadijs ferme quadraginta proten-
 ditur. De hoc autem flumine talia referunt. Ins

SECVNDVS.

37

dum fluium ex caucaso monte oriri maioremq; statim ab ortus principio fluere: quam eorum ullus sit: qui in asia nascantur, procedentem uero multos nauigabiles fluuios ex se producere: ipsum quoq; multa p̄ inde ac nilus facientem per india diffundi terræ, terramq; in giter superaddere: et egyptiorū more cāpos ad excipienda semina paratos indis præbere. De niuibus autem quas ex ethiopia & catadupis montibus defluere quidam dicunt: quibus contradicere propter scribentium auctoritatem dignum non uideo: nec tamen illorum dictis assentior: mecum ipse considerās quo pacto fieri possit: ut nilo similia operetur indus: cum circumposita regio niuibus haud quaquā cooperiatur. Præterea scio deū totius terræ: quasi duo cornua posuisse indos atq; ethiopus: cum utraq; in parte nigros fecerit homines: hos quidē ex ea parte qua sol incipit: illos uero qua idem desinit: quod quidem quo modo fieri possit nisi hyemes etiam calidas haberent etiam non intelligo: q̄ si per totum annum sol ibi terram calefacit: quo pacto opinari quisquam potest niues in illis regionibus gigni aut quomodo credere niues tanta incrementa propinquis fluminibus præbere: ut suos alueos crescendo excedant: cum flumen indum nauigio ueherentur: equos fluuiales complures ferunt sibi occurrisse: multos etiam crocodillos illis simillimos qui in nilo reperiuntur. Tradunt etiam flores tales in indo esse, quales in nilo sunt: anni etiam tempora in india ferunt hyeme calida esse: æstate autem tam feruida: ut pene suffocentur illic iuuentia.

LIBER

Verum huic incommoditati recte providisse ferunt naturam crebras pluias immittendo. Audisse etiam se ab indis tradunt regem ad flumen accedere cum augetur dies incipiunt: & illic equos nigrosq; tauros flumini tanquam deo sacrificare: indi namq; nigrum albo preferunt propter colorem, ut arbitror: peracto autem sacrificio dicunt ipsum in flumine demergere aureum modium illi similem: quo ipsi frumenta metiuntur. Cur uero id rex faciat nihil certe sciunt: opinantur autem mensuram illam demergi: aut propter fructuum abundantiam quorum plerosq; agricolæ modijs metiuntur: aut propter aquarum moderationem ne terras inundent: secus fluuium autem pergentes ipsos dux a satrapa datus recta ad taxilam duxit ubi regia erat indorum regis. Scribit autem damis homines qui secus indum flumen habitant lineis uestibus amicti. Linum autem in agris plurimum nasci calciamenta uero ex arborum corticibus facta gestare: galero etiam pluuijs temporibus uti: nobiles autem bisso indui. Byssum autem ex arbore nasci ferunt: quæ altitudine quidem populos æquat: folijs autem salici equiperatur: cum uidisset Apollonius byssum gauisus est: quod fusco amictui: quem gestabat non dissimilis admodum esset: byssum autem dicunt in egyptum, ex india deferri: quod illa in plerisq; sacris utantur egyptij. Taxila uero altitudine ab antiqua nino non multum differt: & græco more edificata est. Erat autem regia eius qui tunc porri regnum quondam obtinebat: Ante urbem uero templum inuenerunt cen

SECUNDVS.

35

tum, aut paulo amplius pedum magnitudine: ex conchiliato lapide fabricatum. In ipso autem erat sacellum non magnum sane: sed mirabili opere, & arte ornatum, tabulæ enim æneæ parietes undiq; tangebant porri Alexandriq; gestis insculptæ: erant autem ex aurichalco, argentoq; & auro atq; ære nigro-elefanti: & equi cum sessoribus fabricati clipei quoq; itidem, & galeæ, gladij uero, atq; hastæ, cæteraq; huiusmodi tela ex ferro tota elaborata: atq; ut probati scriptoris sermo testatur opus tale erat, ut a zeusi: uel polygnoto, aut eufranore factum iudicari possit: qui umbras etiam, atq; hanelitus, tum emissos tum attractos arte sua expresserunt. tale quiddam & illic artificium conspici ferunt: materias autem quas diximus perinde atq; colores insertas fuisse. Non iniocundum erat illic probitatem morum agnoscere: quæ ex tali sculptura denotabatur. Tabulas enim quas dixi Porrus post mortem Alexandri in templo posuit quâquam in his uictorẽ describat Macedonem: qui uulneratum Porrum Regem constituit: et ei quicquid in india reliquum erat donauit. Traditur autem porrum audita Alexandri morte collachrymassẽ: grauiterq; conquestum esse: q; generosus benignusq; rex mortuus esset. Quinetiam postquam ex india discessit Macedo, nunquã se regẽ porrus appellauit: q; id sibi permisisset Alexandrẽ: neq; sicut rex: sed tanq; satrapa dominabatur: modeste cuncta et in honorẽ Alexandri loquens ac faciẽs. Neq; uero pmittit rõ: quæ de porro feruntur

præmittere hoc loco. Priusquam enim indiam in-
 traret Alexander: amicorum quidam porro consule-
 bant: ut cum gentibus: quæ trans gangem: et ypsim
 fluuium habitat societate iniret: nunquam enim in in-
 diam intraturum Alexandrum asserebāt: ubi totam in
 unum senserit conspirasse: quibus ille respondit: si mi-
 hi tantæ vires non sunt: ut sine socijs saluus esse pos-
 sim melius profecto est non regnare. Renuncianti cui-
 dam Darium regem appellatum: fuisse respōdit Por-
 rus: at uir appellatus non est. Elephantum: quo in pug-
 na uti debebat: coram adductum gubernator ostē-
 dens: iste inquit o rex optime feret: immo uero inquit
 porrus ego ipsum feram: si uir mihi similis ero: suadē-
 tibus amicis ut flumini sacrificaret: ne macedonum
 rates susciperet: neq; transitum Alexandro facilem
 præstaret: nō est inquit arma tentantium supplicare.
 Post pugnam uero in qua ab alexandro uir Diuinus
 multoq; naturam humanam excedens iudicatus est,
 amicorum cuidam dicenti: si tu uenienti alexandro
 supplex cedere uoluisses: nec prælio uictus eēs: nec uul-
 neratus: ego autem cum audissem alexandrum præter
 cæteros homines ambitiosum: cogitabā si supplex hu-
 milisq; cessissem: fore ut ipse me ignauum seruum: sin-
 armatus restitissim generosum regem iudicaret: et
 admiratione potius quam misericordia dignum: neq;
 certe me sefellit opinio: talem namq; me ipsum exhibe-
 ns: qualem ipse sensit alexander: uno eo deq; die om-
 nia amisi: recepiq;. Talem igitur hunc indum hystori-
 ci referunt: aiuntq; illum pulcherrimum omnium in-

26

SECUNDVS.

dorum fuisse: proceritate autem corporis tanta: quã
 ta post troyana tempora nemo extitit: fuisse quoq;
 admodum adolescentem: quando cum alexandro pu-
 gnauit: sed nos ad instituta redeamus, dum Apolloni-
 us, socij q; in templo moram thabent: quoad rex de
 ipsorum aduentu certior fieret, conuersusq; ad dami-
 dem Apollonius o damis inquit censes ne aliquid esse
 picturam? Certe inquit ille si quit est & ueritas: qd
 autem efficit ars huiusmodi? Colores inquit miscet in-
 ter se omnes: ut ceruleum serpentino et album nigro,
 et rubicundum pallido: tunc Apollonius certe (ut opi-
 nor) alicuius causa hæc miscet: neq; enim aspectus di-
 taxat gratia miscere puto: sicut puellæ quandoq; flo-
 res miscent: immo uero inquit damis imitationis cau-
 sa id faciunt, ut per eos canis aut equi, aut nauis: aut
 hominis imaginem exprimant: aut aliud quiduis eos-
 rum, quæ sub sole sunt: quin etiam solis ipsius aliquan-
 do similitudinem referunt: & illum quandoq; osten-
 dunt quadriga portari: sicut hoc ipso in loco appa-
 ret nunquam cælum ipsum calefacere: quando et ethe-
 rem ipsum & deorum domos lustrando describit.
 Imitatio igitur quædã o damis pictura inquit Apol-
 lonius. Immo uero nihil aliud, nisi enim hoc efficiat
 ridicula quædam res profecto uidebitur colores teme-
 re fortuitoq; disponens. Tunc Apollonius quid autẽ
 illa: quæ in cælo quandoq; distractis ab inuicem niui-
 bus apparent ut centauri, hircocerui, lupi etiam aut
 equi: & huiusmodi alia an etiam cuiusdam artis ali-
 quid imitari uolentis hoc opus esse dices? Mihi quidẽ

SECVNDVS.

sic esse uidetur inquit damis: Pictor igitur deus est
 inquit Apollonius, itaq; uolatili curru quandoq; re-
 licto, quo delatus humana diuinaq; gubernat: hu-
 iusmodi ludibria depingens sedet sicut pueri in has-
 rena pingere solent. Hæc audiens damis erubuit: pu-
 debat enim sibi talia uerba excidisse, atq; incaute
 differendo eo perductum esse ut tam absurda conce-
 dere cogeretur. At Apollonius ipsum non deridens:
 neq; enim in redarguendo acerbus erat: non hoc in-
 quit puto uoluisse te dicere o damis: sed eiusmodi nu-
 bes nullius rei signa aut imagines esse sed casu quan-
 tum ad deum attinet ipsas per cælum deferri: nos
 uero qui a natura principium imitationis habemus
 talia fingimus & opinamur. Hoc ipsum inquit
 damis putandum est uerisimilius: nanq; est sic se-
 rem habere. Duplex igitur est o damis imitatio-
 ars, & unam quidem manu dicemus, et mente quod
 uoluerit imitari, atq; hanc pingendi artem esse at-
 q; picturam, alteram uero mente dumtaxat, atq;
 animo similitudines fingere, & imitari. Minime
 uero inquit damis duplicem imitatio-
 nam puto, sed perfectiorem esse picturam dicen-
 dum est: quæ potest, & mente, & manu similitu-
 tudines rerum exprimere. Alteram uero, particu-
 lam huius esse: cum per ipsam uideamus aliquem
 mente dumtaxat quippiam imitari, quâuis pictor
 non sit neq; ad illa exprimenda sciat manibus uti:
 in hoc igitur inquit Apollonius ambo consentimus
 imitandi facultatem a natura hominibus aduenire:

pingendi uero peritiam ab arte proficisci: quod etiam de fingendi arte dicendum censeo. Picturam uero ipsam arbitrari mihi uideris non ex coloribus dumtaxat constare: quando quidem unus tantum color ueteribus illis pictoribus satis erat. posteriores uero quattuor adhibuere, inde paulatim pluribus, ac pluribus usi sunt: quinetiam lineamentis quibusdam, absque ullo colore, nonnunquam pingunt: quam picturam ex umbra dumtaxat luminibusque constare dicendum est: in ipsa enim rei similitudo cernitur, etiam forma, et mens, et pudor: et audacia, quamuis coloribus tales affectus careant: neque uero sanguinem, neque comarum aut pubescentis barbæ florem non exprimit, sed quamuis simpliciter unoque modo composita flauis hominis, aut alibi similitudinem representant. Quinimmo si indum quendam albis lineamentis designauerimus, tamen quasi nigrum sese aspicientibus offert: Nas si enim simitas, et erecti capillorum cincini, tum genarum eminentia: et stuporis imago quædam oculis circumfusa denigrat ea: quæ ab oculis alba conspiciuntur: atque illum qui piæus est indum esse recte considerantibus demonstrat: quapropter non absurde dixerim eos: qui picturam aliquam aspiciunt imitatioe illius quam diximus facultatis indigere: nemo enim recte laudabit pictum equum: aut taurum nisi quæ aial illud mente intueatur: cuius similitudinem pictura demonstrat. Neque uero Timomachi aiacem: qui furens ab ilio pingitur recte contemplari quisque potest: nisi illum me

LIBER

te cōspiciat, et imaginetur: interfectis apud Troyam armentis moestum sedere ac de propria morte cogitare: Hæc autem o damis quæ nunc intuemur porri insu fabricata opera, non sculpturæ solū esse dicemus quoniam picturis simulantur: neq; rursus picturæ dū taxat opus quoniam ex ære fabricata, conspiciamus: sed hominem unum sculpturæ simul picturæq; peritū illa perfecisse putandum est: qualis ab homero in Achillis clipeo fabricando Vulcanus inducitur. Plena enim illic sunt omnia interficientium, atq; interfectorum et terrā madere sanguine diceres quāuis ænea esset. Dum isti talia inter se colloquuntur missi a rege nuncij, una cum interprete superuenerunt, nunciātes regem tridui hospitē sibi asciiuisse Apollonium, neq; enim licere diutius peregrinis in urbe morari: ipm q; præterea ducebāt in regiam. Ciuitas autem quibus muris circumdata sit antea diximus. Ferunt autem ipsam inordinate: atque ætico more angiportis concissam. Domus autem si quis extrinsecus aspiciat unotantum solario habitari censebit. Introeuntibus autem diuersa sub terram habitacula varijs profundatibus gradibus distincta se se offerunt. Templum autem solis uidisse ferunt: in quo suspensus erat Aiax eburneus: Alexandri aureæ statuæ: ex aduerso autē regis porri statuæ ex ære nigro posita erat. Parietes uero templi rubris marmoribus, ignis fulgorem imitantibus uestiuntur: quibus congrue interpositum aurū radiātis fulminis fulgorem referebat. Pavimentum mixtis cemento margaritis stratū erat: quod bar-

SECVNDVS.

32

barorum in templis plerique seruant. In regia uero nullam edificij pompam inuenisse perhibent, non custodes, non satellites sed uelut in clarorum ciuium domibus paucos familiares: & qui regis colloquium expectabant, tres aut ad summum quattuor homines: quo apparatu longe magis letatus est Apollonius: qua tumidis ampulosisq; Babylonie pompis. Ingrediens uero multo magis gauisus est: quod andrones, & porticus, & omnino totam aulam modestie: frugalitatisque plenam offendit, quod Apollonio satis fuit argumenti indum Regem philosophie deditum esse: quapropter iuxta interpretem consistens gaudeo inquit O rex cum te uideam philosophie dare operam: Ego uero inquit rex multo magis gaudeo: quod talia de me opinaris. Tunc Apollonius, num uobis inquit hęc legibus preefinita sunt: an tu ipse regnum ad hęc uiuendi normam rectitudinemq; constituisti. Ego inquit rex modeste institutis legibus modestius etiam utor: & opes possideo plures: quam ceteri homines: paucis autem indigeo: mearumq; rerum plurimas amicorum esse censeo. Beatus igitur es ait Apollonius tali thesauro, siquidem aurum, atque argentum amicis postponis: a quibus multa tibi bona proueniunt: quando etiam inimicis inquit ille diuitias meas impertior. Barbaros enim quondam regioni huic infestos: & crebris incursionibus fines meos uexantes per cunij subigo, & ipsis tanquam custodibus regnum defendo: ita ut neque ipsi fines meos inuadant: & sibi finitimos Barbaros nobis alioquin per molestos

LIBER.

coerceant. Interroganti autem Apollonio: num etiam porus tributa illis impendere consueuerit. porus inquit rex bellum amabat: ego autem pacem. His uerbis ita captus est Apollonius. adeoque illi amore deuinctus ut aliquando Eufratem quendam a philosophia aberrantem increpans dixerit. Ego faraotem indum: Hoc enim regi nomen fuit, honoris causa nominare uereor, cum Satrapa propter magna beneficia a rege suscepta mitram auream, uarijs gemmis ornatam capiti imponere uellet: ego inquit rex, si huiusmodi delicias amarem: nunc tamen presente Apollonio eas repudiarem: atque a capite remouerem, uerum cum nunquam antea tali sim usus ornatu, quoniam pacto nunc talia gestarem: hospitisque mei pariter oblitus. Interroganti autem Apollonio regem qualiductu uteretur: respondit. Ego uinum tantisper bibo, quoad soli sacra facio: his autem quæ in uenationibus capio socij amicique uescuntur: mihi enim exercitatio ipsa satis. Epulæ autem meæ sunt olera, & palmarum fructus: & quacunque hortus flumine irrigatus subministrat: multa quoque mihi præbent arbores: quas ego his manibus colo. Hæc audiens ualde gaudebat Apollonius, in damidem crebro respiciens. Inde ubi de itinere ad brachmanas faciendo satis collocuti fuere: eum qui ex Babylonia uenerat itineris ducem hospitem suum fieri Rex iussit: eo more, quo cæteros inde uenientes

39
 SECVNDVS.

excipere consuevit: eumque in Satrape cuiusdam do-
 mum duci præcepit Omnifariam commeatibus ab-
 unde traditis: ipse uero ex manu capiens Apollonie
 um remoto interprete græcis uerbis interrogauit,
 an se uellet conuiuio excipere: Obstupenti autem
 Apollonio: & cur non statim a principio secum ita
 locutus esset Interroganti: inquit Rex ne forte ni-
 mis audax uiderer: quasi qui non satis meipsum a-
 gnoscerem: quem barbarum facere fortunæ placuis-
 set. Nunc autem tui amore uictus: ubi te meis bonis
 gaudere cognosco diutius te celare non potui. quod
 sim græce locutionis peritus: idque tibi plurimis ar-
 gumentis ostendam. Cur autem inquit Apollonius
 me ad conuiuium non inuitasti. Sed inuitari a me
 maluisti: quia te inquit Rex præstantiorem esse ar-
 bitror: regalius enim est cæteris omnibus sapientia:
 hæc dicens Apollonium cæterosque eius socios ad bal-
 nea deduxit: ubi ipse lauari consuevit. Is autem lo-
 cus erat ortus longitudine stadij unius: cuius in me-
 dio lacunar defossus erat Fontes aquæ dulcis frigida
 dæque in se recipiens: utrinque uero spatia erant ad-
 currendum idonea: in quibus iaculo & disco rex mo-
 re græcorum se exercebat: in flore tunc constitutus
 ætatis: annum enim agebat ætatis septimum supra uic-
 gesimum: atq; ad eiusmodi exercitationes aptus fue-
 rat. Vbi uero se satis exercuisse uidebatur: insilire in
 aquam solebat: ibique aliquantum natando morari.

LIBER.

Postquam igitur omnes lauere ad conuiuium corona
 ti processere: ea namq; apud indos consuetudo: quoti-
 ens apud regem conuiuantur. Res autem memoratu
 digna uidetur conuiuandi formam modumq; refer-
 re: qui plene, distiuncteq; a Damide scribitur. Rex in le-
 cto e stramentis facto accubat: iuxtaque ipsum ex a-
 gnatis eius ad summum quinq; ceteri sedentes epulā-
 tur. Mensa uero sicut altare: usque ad hominis genu
 sublimis in medio struitur: quam in semicirculum cō-
 positam triginta homines: quasi chorus ad manducā-
 dum circumstant. In ipsa uero laurus sternitur: alijs-
 que rami similes mirtho: quibus unguentum stillat:
 quo utuntur indi. Mensæ autem pisces auesque impos-
 nunt. Integri præterea leones: & caprea: & apri:
 necnon & tigrum clunes. ceteris enim animalis hu-
 ius partibus uesci indi prohibentur. Ferunt enim hoc
 animal cū primum nascitur priores pedes uersus oriē-
 tem solem attollere. Comedendi autem consuetudo ta-
 lis seruatur: exurgens enim ex propria sede conuiua
 ad mensam accedit: et patricula ab alijs: quæ diximus
 animalibus abscissa: aut auulsa in propriam sedem
 reuertitur. panem quoque iugiter comedens: ubi uero
 prope modum saturati sunt aurei argenteiq; crateres
 afferuntur: quorum singuli potoribus decem suffice-
 re posse uideantur: atque ab his tanquam ex flumine
 potantes incuruati bibunt. post potatiōem uero stre-
 nuitates exercent sane periculosas: non tamen a stu-
 dio diligentiaque alienas. Puer enim quasi unus eorū:

parvi

40

SECUNDVS

qui in orchestra saltant: expeditus in medio consistit: in quem sagittarius sagittam emittit: non multum a terra elatam supra quam ita, ut diximus emissam et uolantem puer in caput prouolutus transiliens pertransit: non iguarus si paulum in saltu aberrasset sagitta se transfixum iri. Sagittarius enim priusquam sagittam emittat conuiuantes circuit sagittæ cuspidem ostentans: & illius, si qui forte experientiam capere uoluerint facultatem prestans. Funda etiam adeo subtiliter iaculantur: ut emisso lapide aut glanede pueri extremos duntaxat capillos attingant. Sunt autem & qui tabulæ innixi fili imaginem sagittarū ictibus designent: ut si quis pictor eadem liniamenta penicillo descripsisset. Talia igitur in conuiujs exercentes indi: q̄q̄ etiam quandoq; ebrj sint: recte tamen peragunt: ea uidentes Damis socijꝑ stupebant: & sagittandi exactissimam peritiam admirabantur. Verū Apollonius iuxta regem accubans: qui eodem; quo & ipse uictu utebatur, non multum tabulis ludisque mentem adhibebat: sed ad regem conuersus interrogabat unde græcas litteras: & quam sciebat philosophiam didicisset: cum multos uideat apud indos talium disciplinarum præceptores. Subridens autem rex: maiores inquit nostri cunctos ad hæc loca nauibus appellentes interrogabant an piratæ essent. adeo uitiū hoc quāuis sit magnū cōmune omnibus esse arbitrantur. Vos autem græci non interrogatis eos qui ad uos accedūt, an sint philosophi, adeo id quod omnium, quæ sunt apud homines diuinissimum est quibus uis sine

LIBER.

discrimine cōtingere posse arbitramini: & hoc apud nos: quasi prædationis genus est quoddam: Tibi nanque similem inueniri in philosophia perhibent nemi nem: plurimos autem apud nos esse audio qui tanquã alienam rem philosophiam deprædantes, eaque tanquam ueste, inepte: tamen se induentes elati incedunt uestem trahentes alienam: & certe sicut prædones qui innumeris pœnis se obnoxios esse cognoscunt, in delitijs degunt, eodem modo apud nos philosophiæ prædones feruntur, ueneri, ac uentri indulgere: et uestibus mollissimis uti. huius autem mali causam esse arbitror leges uestras: si quis enim numisma adulterinum cuderit, capite plestitur: si quis etiam pupillum circumuenerit: aut aliud quippiam fecerit eiuscemodi. Philosophiæ uero calumniatores, aut corruptores nulla ut audio apud nos lex coercet: nullus huic rei magistratus præficitur: Verum apud nos pauci admodum philosophiam attingunt: & hi tali ratione probantur. Opus est enim adolescentem decem & octo annos natum, Hoc enim tempore, ut arbitror: apud uos pubertas dicitur: penes fluuium ypsam duci ad eos homines: quos tu etiam illic inuenisti: atque antea publice profiteri ipsi oportet se operam philosophiæ daturum, ut liceat uolentibus a tali incepto prohibere: neue alio quo pollutus scelere ad philosophandum accedat. Scelus autem dico primum a patre matreue proueniens: cauemus enim nequid ab illis turpitudinis sortiatum: neue ab eorum parentibus usque ad genus ter

41

SECUNDVS

tium rursus pergentibus; quo in genere queritur, ne quis eorum contumeliosus, aut incontinens: aut avarus, aut iniustus fuerit: ubi autem in ipsis nulla vitiorum macula reperitur: tum adolescentis mores diligenter inspiciunt: multipliciter illum temptantes ac probantes: & primo quidem an ingenio ac memoria valeat experiuntur: an sit natura uerecundus: & non astu ad tempus id simulans. Deinde an sit ebriosus, aut gula deditus: an iactator: an ridiculus: an audax, an conuiciator, an parentibus præceptoribus ue (ut decet) obtemperans: an formositate sua abutens: & quibus quidem parentibus ortus quisque sit: & illi rursus ex quibus geniti testibus comprobatur: & in tabulas relatum publice custoditur: cum enim indorum quispiam obierit: tunc magistratus cui hoc muneris lege mandatum est ad mortui fores accedens singulatim eius acta moresque scribit: quod si in mendacio deprehensus unquam fuerit: hac multatur poena: ut nullo amplius magistratu aut dignitate fungi possit: quia communem hominum societatem mentiendo fraudauerit: qui autem ad examinandos iuuenes eliguntur multa ex eorum aspectu coniiciunt: oculi namque mores hominum plerosque indicant: multa etiam in supercilijs genisque posita sunt: ex quibus sapientes, & natura periti homines imagines in speculo aspicientes: quæ mens illis quodque sit ingenium contemplantur: cum enim magno in honore apud Indos habeatur philosophia necesse est omnibus modis probatos esse: qui ad eam percipien-

LIBER.

dam accedunt. Quo pacto igitur probatos adolescētes præceptoribus tradimus philosophiæ: satis ostendimus. Quod autem ad me attinet ita contingit: ego ab auro rege qui itidem atque ego faraotes dicebatur originem duco: pater autē meus regno priuatus fuit: nā cum defuncto parente puer admodum relictus eēt, tutores duo peregrini secundum leges indorum gubernationem eius susceperunt: & quæ in regno agenda erant, nec benigne, nec modeste gerebant: quapropter odiosi, molestique his esse coeperunt: qui imperio suberant: multaq; in eos maledicta cōiuciaq; uulgo iactabantur. Potentiores igitur quidam contra illos coniurantes solemnī celebritate dum scilicet indo fluminis sacrificarent aggressi eos interfecere: ipsi uero occupato regno sese dominos constituerunt. Patris igitur agnati de ipsius salute solliciti: cum esset ānos natus circiter sexdecim ad regem qui penes ypsim fluiuium regnabat, eum miserunt. Est autem id regnum hoc ipso: quod ego possideo longe maius: regio autem plurima ex parte amœnissima & bene fortunata. Volenti autem regi in filium sibi adoptare non consensit pater meus: nolle inquam cōtra fortunam pugnare: quæ iam semel ipsum regno priuauerat: atq; ab eo petijt: ut sibi liceret apud eos: qui sapientes illic habeantur philosophari: sic enim tolleratu faciliora sibi fore putabat domestica mala. Consulenti autem regi ut paternum regnum recipere temptaret, atque auxilia ad id pollicenti respondit. Si me uere philosophantem agnoueris reduces in

SECUNDVS.

regnum, sin minus finito me priuatim eo modo ui
tam degere. His auditis rex ipse ad sapientes una
profectus: maximas gratias se illi relaturum esse
pollicitus est: si in erudiendo generosum puerum &
clarissimis parentibus ortum curam diligentiamq;
adhibuissent. Illi uero præclarum quid in illo conspi
cati libenter operam suam obtulere: inde studiū om
ne diligentiamq; in illo erudiendo posuerūt. Ipse quo
q; mentem animumq; totum ad percipiendas discipli
nas conuertit. Post annos uero septem rex aduersa
ualitudine correptus: quæ & uitæ finem illi attulit
a sapientibus reuocatum patrem meum heredem re
gni æquo iure cum filio reliquit: & nubilem filiam
illi despondit uxorem. Mortuo deinde rege cum ani
maduerteret pater meus regis filium assentatoribus
gaudere: & uino & huiuscemodi uoluptatibus de
ditum: erga se quoq; suspiciosum nimis eē. Tu inquit
hæc omnia tibi habe regnumq; totum, ut placet gu
berna: stultum est enim qui regnum ad se iure perti
nens habere non possit, nimis audacter in alieno rea
gnare uelle, mihi uero sororem tuam concede: hoc e
nim solum de rebus tuis habere mihi satis e, Accepta
itaq; uxore in loca sapientibus finitima secessit habi
tatum: ubi uicos septem amœnissimos sub ditione
habebat: quos ei dotis nomine rex tradiderat. Me igi
tur ex tali natum coniugio pater cum græcas literas
docuisset ad sapientes deduxit: citius fortasse quam
æquum fuerat: eram enim annos dumtaxat duode
cim natus. Illi uero acceptum me non secus ac filium

LIBER

educauere: quos enim græcis litteris instructos accipi
 unt multo magis diligunt: tanquam doctrinæ similitu
 tudine quadam, iam sibi deuinctos. Parentibus autem
 non ita multo post defunctis sapientes, apud quos de
 gebam in paternos uicos ad res meas curādas me ire
 iusserunt: cum iam ad annos ætatis decem, & non
 uem peruenissem. Sed iā uicos abstulerat bonus auun
 culus: ita ut nec etiam agellos: quos pater ipse posses
 derat mihi relinqueret: cuncta ad suum regnum distri
 ctans pertinere: mihi uero summum beneficium eē, q̄
 uitam concederet. Ego autem paucis pecunijs a libera
 tis maternis collectis cum quattuor dumtaxat famis
 liaribus in paupertate degebam: euenit autem ut tra
 gædiam quam heraclidarum uocant lectitanti nuntius
 quidam superueniret epistolam afferens ab homi
 ne parenti meo quōdam familiarissimo. Is me iubes
 bat ydraote amne transmissa ad se uenire auiti regni
 recipiendi causa: sperare enim dicebat me faciliter id
 consequi posse nisi mihi deessem. Ego igitur tragædi
 am ab aliquo deorum mihi oblatam putās omen &
 famam sequebar: Transmisso autem flumine eorum:
 qui regnum inuaserant alterum interisse audiui al
 terum in hac ipsa: ubi nunc sumus regia obsideri. Ve
 niebam igitur supplex & summo clamore quacunq;
 iter facerem, incolarum auxilia implorans: & quis
 nam essem: & quo patre genitus uociferans: aduen
 tus quoq; mei causam esse narrabā: ut auitum regnū
 per uim, et fraudem ab iniustis possessoribus diutius
 occupatum reciperem. illi uero summo gaudio me ex

cipiebant & accedentes propius salutabant: meq; a-
 uo similem futurum existimantes summa cum beniuo-
 lentia complectebantur: & eorum pleriq; pugiones
 & arcus secum ferentes me comitabantur: & au-
 gebatur continuo numerus: & maior ostendebatur
 beniuolentia: Cum hac itaque multitudine ad ciui-
 tatis portam uenientem ciues omnes tam alacri pro-
 ptoq; animo susceperunt: ut ex ara solis accensis fa-
 cibus obuiam procedentes ad regiam usq; deduceret:
 multa in aui patrisq; mei laudem decantantes: eum
 uero qui tanquam fucus regiam obtinebat e muris pre-
 cipitare uoluerunt: nisi ego pro illo precatus essem:
 ne tali morte ipsum interimerent. Hæc audiens Apol-
 lonius heraclidarum inquit reditum aperte narras:
 & laudes maxime dijs debentur: qui generoso uiro
 in suum regnum redeūti auxilium præstitere. Verum
 hoc de his: quos dixisti sapientibus respondeas uelim:
 an ij sint: qui quondam ad Alexandrum uenientes se-
 creta multa de celo, de stellisq; secum philosophati
 sunt: Oxidrachi inquit rex isti sunt: quæ gens in liber-
 tate uiuit reiq; bellicæ etiam studet: & sapientiæ
 participem se esse profitetur: cum tamen nihil præ-
 clarū sciant: neq; uere sunt sapientes. Positi aut sunt
 inter ypasidem & gangem: quam in partem nunquā
 uenit Alexander: nihil sane timens: quod in illa regio-
 ne esset, sed, ut puto reuerentia sacrorum prohibitus
 est. Sciebat em̄ ypasidē fluiuiū trāsiri: et cāpos urbi ad-
 iacētes facile capi posse: urbē uero: quā illi habitant:

LIBER

nec si quis mille achilles: & ter mille aiaces secum du-
 xerit capere unquam posset: nec tamen ipsi in aciem
 prodeuntes dimicant: sed tonitruis fulminibusq; ab
 ioue missis hostes propulsant, cum sacrosancti & as-
 mici deorum habeantur: attamen egyptium hercu-
 lem & bacchum: qui cum exercitibus indiam lustra-
 runt aduersus ipsos communi consilio militasse perhi-
 bent. omnifariam generis machinas secum ferentes,
 occupatisq; agris urbem accessisse. Ciuēs autem nihil
 e contra molientes quieti permanebant: sed cum hos-
 tes iam urbi propinquarent repente tonitrua fulgu-
 raq; de caelo frequenter missa armatos iam fugere cō-
 pulerunt. Vbi & aureum clipeum abiecisse herculem
 ferunt: quem sapientes illi monumenti causa in tem-
 plo suspenderunt: cum propter eam: quae de hercule o-
 pinionem: tum ob ipsius clipei pulchritudinem: in ip-
 so enim hercules insculptus erat, terminos terrae penes
 gades collocans: & montibus quasi columnis consti-
 tutis oceanum excludens. Vnde manifeste satis collis-
 gi potest, non thebanum herculem: sed egyptium ad
 gades uenisse: ibiq; terrarum terminos constituisse.
 Dum isti talia inter se loquerentur. homines ad tibiā
 cantantes superuenerunt: interroganti autē Apollonio:
 quid nam haec sibi uellet exultatio: indi inquit ille hu-
 iusmodi cantibus regem admonent: quotiens dormis-
 tum pergit: ut bonis utatur somnijs: atq; benignus erga
 subditos, & illis bene consulens surgat: Quonam
 igitur pacto inquit Apollonius. O rex erga talia te

habes cū isti te cantibus appellēt: Non derideo inquit ille, opus est enim talia admittere legum gratia: cum nulla tamen egeam admonitione: quæcunq; enim rex modeste benigneq; facit: ea sibi maiorem gratiam et beneficium afferunt: quam ijs: qui eius imperio ditio niq; subiacent. His dictis eorum uterq; dormitū abiit. Postquam uero dies illuxit, rex ad cubiculum uenit ubi Apollonius socij q; eius dormiebāt: scabelloq; manibus proprijs aptato supersedens cū salutasset Apollonium: quidnam meditaretur interrogauit: neq; em̄ dormire te nimium arbitror: cum aquam bibas: & uinum contemnas. Tunc Apollonius an dormire censes eos: qui aquam bibūt: Dormire inquit arbitror rex inquit sed per leuem somnum: & qualē dicimus summis oculis insidere, non autem menti. Immo uero inquit Apollonius ueroq; dormiunt somno: forte etiam menti magis illorum oculis somniū insidet: nisi enim quieta mens fuerit: nequaquam oculi somnum suscipient: propterea furiosi homines dormire nequeunt: propter assiduam mentis agitationem: quæ cum in alia ex alijs iugiter cogitando transfiliant torue impudenterq; aspiciunt, sicut insomnes dracones: quoniam igitur o rex manifeste interpretari possumus: qd somnus operetur: quæq; hominibus detrimenta afferat: perquiramus quid nam sit: quod minores faciat somnos aquam bibentium quam ebriorum. Noli inquit rex sophisticis in disputando sermonibus uti: cōcedā enim si ebrium ipsum supposueris, etiam non dormire, debachans enim & quasi furens animus multipliciter

LIBER

illum deuoluet: & plurimis implebit perturbatio-
 nibus: uidetur enim sibi omnes qui concepta ebrietas
 te dormire nituntur: nunc usq; ad domus culmen
 attolli: nunc rursus sub terram detruedi: & tali agi-
 tari uertigine: quali circūuolui Ixionem fabule per-
 hibent: non itaq; de tali ebrio sum locutus: Sed de eo
 qui uinum bibens, sobrius tamen permanet: quiq;
 contemplari & alia mentis opera exercere potest:
 hunc ego magis meliusq; dormiturum dico: quam qui
 tantummodo aquam bibit. His auditis Apollonius
 Damidem magna uoce compellans: cum uehementi
 inquit uiro mihi institutus est sermo & in disputa-
 tionibus exercitato. Video inquit Damis: sed tamen
 id ipsum perinde iucundissimum est: ac si dulcis aquae
 fontem inuenissemus: & me quidem ratio quam at-
 tulit ualde mouet: uide igitur cum sis nuperrime ex-
 perectus: ut hanc de somno disputationem absoluas.
 Paululum igitur sublato capite Apollonius: quanto
 inquit nos, qui aquam bibimus dulcibus somnis ma-
 gis abundemus: quam qui uinum bibunt iam ostens-
 dam tuam rationem secutus: Quod autē multis agi-
 tetur perturbationibus: et quasi furis quibusdam ue-
 xetur ebriorum mens recte abs te dictum esse fateor.
 Videmus enim ebrietate correptos geminam lunam
 geminum solem sese uidere arbitrari: alios non mi-
 nus lapsos, & pene sobrios nihil quidem tale cogi-
 tare sed leticia gestire: et uoluptate quadam perfuns-
 di: idq; non ob aliquam preclaram actionem ab eis
 gestam plerumque contingit. alij uero forenses ora

tiones meditantur: cū in foro nunq̄ sint locuti: et se diuites putant cū nec drachmā possideant: hi autē sunt o rex insanie morbi: ipsa em̄ laticia mētes agitāt: plures enim uidi qui bona quadā fortuna potitos se eē arbitrātes somnum capere non poterant: sed excitati in mediū profiliebāt: quod satis argumenti est ipsa etiā bona curas sollicitudinesq; præbere. Sunt autem et quædam medicamenta ad faciendum somnum excogitata: quæ si qui biberint: aut sese iisdem perunxerint, tam profunde dormiunt, ut mortui uideantur inde tam obliuiosi surgunt: ut ubiuis potius quam ubi sunt sese esse arbitrentur: Quod igitur potiones corpori: aut animæ, neq; proprium, neq; legitimum somnum inducunt: sed aut ita profundum ut semimortui uideantur: aut leuem admodum: Quæ a quibus accidentibus rumpi facile consensusum teputo: nisi pertinax, potius quam disputator esse & haberi uolueris. Aquæ autem potiores singula perinde, ut sunt uident: neq; sibi ipsis ea quæ non uident nec sunt describūt: aut figurant: neq; leues sunt nunquā aut torpore, aut stultitia referti: nec supra: quam deceat hilares: sed semper sibi ipsis adsunt: ratiocinatoribus similes: non uespere, minus quā mane: nunquā em̄ tales hoīes comminuet: etiā si in multā noctem fuerint opati: nec somnus eos tāquā dñs urget, caput uini seruū inuadens: sed liberos semp̄ et toto corpore sese erectos prebent: Cum autem dormitum acceperint aīa pura & quieta somnū capiunt: neq; prosperis successibus elati: nec aduersitatibus illis depsi-

LIBER


Mens enim sobria moderata sese ad utraq; habet: nec ab alterutra perturbatione superatur: præterea curis uacua dulcissimo, & iucundissimo somno perfruet nullis casibus excitatur. Per somnia insuper uaticinationem: quæ apud homines diuinissima existimatur multo facilius conspicit anima uino non suffocata: sed pura mundaq; omnia: quæ uiderit facile colligit: & discernit: Quapropter somniorum interpretes: quos oniropolos appellant poetæ de nulla unquam uisione antea consultoribus respondebant: quam uisionis horam sciscitanti essent. Nam si matutino tempore somnum apparuisset: tunc de illo aliquid coniectari se posse arbitrabantur: quia tunc recte uaticinari posset anima cum esset uino, ciboq; liberata. Sin uero primo somno, aut media etiam nocte, cum adhuc uino suffocata, demersaq; est anima somnium dicerent apparuisse: sapienter quicquam respondere abnuebant: quinetiam deos ipsos itidem iudicare: & sobrijs animis potius oracula tribuere breuibus ostendam. Fuit quondam apud græcos o rex uates nomine Amphiarus. Scio inquit rex nam te oeclei filium dicere puto: quem thebis redeuntem terra uiuum absorbuuit. Ipse inquit Apollonijs etiam nunc in attica terra uaticinans somnia petentibus inducit: eos autem qui responsa accipere uolunt sacerdotes integrum diem a cibo, a uino autem triduo iubent abstinere: ut pura expurgataq; anima ostensorum rationes colligere melius possit: Quod si uinum idoneum somni medicamentum esset, iussisset profecto sapiens Amphiarus, cõ

46
 templatores somniorum contrario modo sese prepara-
 rare. Vino refertos tanquã amphoras in adytum des-
 cendere. Multa insuper: & alia oracula referre pos-
 sem cum apud græcos: tum etiam apud barbaros cele-
 berrima: in quibus sacerdos non uino sed aqua pota-
 tus: ex tripode responsa petentibus dedit: me igitur o
 rex, & ceteros aquæ potores: quasi bacchãtes diuino
 q; numine correptos ambitrare. Sobrietatis enĩ amo-
 re: ut sic dicam insanimus. Tũ rex addes inquit Apol-
 loni & uinum sodalicij huiusce comitem: faciam in-
 quit ille nisi forte ijs: qui tuo imperio subsũt molestus
 nimis euaseris. Philosophia nãq; modesta, ac ut sicut
 dicam solutior in rege conspecta: & qualis in te esse
 mihi uidetur: admirabilem, quandam temperiem gi-
 gnit. Eadem uero exactior: & ad summã deducta sub-
 tilitatem: modestior sane: atq; humilior apparet: quã
 conditioni uestre conueniat: eamq; ad fastum quens
 dam & relationem mundi referunt: hæc inter se collo-
 cuti: cum iam aliquantum diei processisset foras es-
 gressi sunt. Cumq; animaduertisset Apollonius regẽ
 legatis alijsq; priuatis etiam uiris illũ expectantibus
 responsa dare oportere: tu inquit o rex facito: quæ ad
 regni gubernationem attinent: me uero hoc tempore
 nouum solem salutare permitte: Oportet enim consi-
 etas preces ad illum afferre: At qui scio rex inquit ip-
 sum tuas preces exauditurum: gaudet enim omnibus:
 qui sapientiam amant. Ego uero te interea morabor:
 oportet enim me de controuersijs quibusdam senten-
 tiam ferre: quibus si interfueris magno adiuuẽto mi-

LIBER

hi te futurum spero: cumq; dies aliquantum processisset reuersus Apollonius interrogauit quenam illa essent: de quibus illa die sententiam tulisset. Hodie inquit rex nihil omnino iudicauit: sacra enim id me facere prohibuerunt. Respondens autem Apollonius, an uos inquit sacris antea peractis iudicia sicut itinerum principia: aut exercituum eductionem facitis: Certe p Iouem inquit rex, maxime enim & in hoc periclitatur: qui iudicat: ne a iudicandi rectitudine aberret. Recte itaq; regem dicere: cum Apollonio uisum esset: rursus quenam esset illa controuersia interrogauit de qua eo die esset iudicaturus. V ideo enim te aio suspensum & utra in ptem sniam proferas ambigentem. Fateor inquit rex me plurimum dubitare: quapropter libentissime te mihi consiliarium ascisco. Est aut controuersia huiusmodi. Quidam alteri agrum uendidit: in quo thesaurus erat nemini cognitus: nec ita multo post dehiscentes terra capsam qua continebatur aurum patefecit: hanc sibi terra uenditor deberi aiebat: neq; eim terram fuisse uenditurum si sciisset in ipsa id contineri: quo suae uitae satisfacere potuisset. At emptor econtra dicebat sua esse oia: quae emptae a se terra continerentur: & iusti aliqd utriusq; sermo uidetur habere: nec sane prudentis uiri arbitror si partiri inter se aurum ambo iusserim: id enim & anicula quauis dicere potuisset. Ad ea respondens Apollonius uiros inquit istos philosophos non esse iam satis ex hoc conijcere possum: quod pecuniae causa inter se certant. Tu autem optime iudicaturus uideris. Si tecum ita fueris meditatus: deos quidem

in primis illorum hoium curam habere q̄ cū uirtute
 philosophantur: Secūdo aut̄ loco eorum q̄ peccatis q̄
 minimis sint obnoxij: quiq; nulli unquā iniuriā attue
 lerit. Tribuunt igitur philosophātibus q̄dem: ut diuē
 na humanaq; recte nouerit: his uero: quos secūdo gra
 du bonos enumerari sufficientem uictum prābent: ne
 quando necessariorū inopia compulsi iniusti quidpiā
 perpetrare cogantur. Censeo igitur o rex litigātium
 uitam quasi in libra suspensam diligenter ingri oport
 tere & quæ inuenta fuerint accurate examinare. ne
 que enī arbitror deos alteri quidem terram ablaturos
 fuisse: nisi eēt uitijs ingnatus. Alteri uero quæ sub ter
 ra erant dedisse nisi uenditore melior esset. Postridie
 igitur litigatores ambo ad tribunal uenere: & uendi
 tor q̄dem: ut multorū testimonia probabant uir erat
 supbus contumeliosus: & sacrorū contēptor: quæ ter
 restribus dijs sacrificare necesse est. Alter ut fama fe
 rebat, mitis erat, & iustus: & sanctissimus deorū cul
 tor. Victor igitur Apollonij snia ex iudicio discessit:
 q̄ bonus erat: tāq; a dijs imortalibus eiusmōi bonis do
 natus Postq̄ igitur hoc pacto iudiciū redditū ē, ueniēs
 ad regem Apollonius. Hodie inqt tertia dies ē: ex quo
 me tibi hospitem rex fecisti: oportet igitur uestras le
 ges sequentē abs te discedere. At em̄ lex te nōdū urget
 inqt rex: qm̄ post meridiem aduenisti: Gaudeo inquit
 Apollonius hospitali munere: q̄ uideris mei causa les
 gem subtilius interpretari. Certe inquit rex: nam &
 si legem soluere liceret libenter tui causa facerem. Ve
 rum hoc mihi dicas uelim inqt Apolloni nū camelos:



LIBER.

quibus uehimini Babylone adduxeritis. Istinc inquit Apollonius: nam a bardane illos accepimus. An igitur inquit rex putas illos ulterius uos posse portare: cum tantum itineris iam fecerint. Subticuit Apollonius. Sed ipsum interpellans Damis nundum inquit animaduertit hic uir: quatum peregrinationis supersit: nec ad quas gentes posthac aduenturi sumus: Sed ubiq; bardanem inuenturū sperans: quasi ludum arbitratur ad indos penetrare: ppter ea non palam, ut se habeant camelli fatetur: sunt enim tam male dispositi: ut ipsos prope modū magis nos ferre cogamur: quā illi nos portare possint: itaq; nobis mutare eos necessē est. Nam si in desertis india defecerint: nos etiam illic cōsidere necesse est: uultures luposq; a camelis abi gentes, a nobis uero cū defecerimus nemo abiget. Ego igitur inquit rex huic malo remedium afferam: & camellos quattuor uobis dabo: tot em̄ ut arbitror uobis ē opus. Satrapā uero: qui apud indū imperat alios. iiii. quos adduxistis retro mittere babylonem iubebo: est autē in india camellorū armentū q̄ toto corpore albi sunt. Ducem uero inquit damis nōne dabis o rex: imo uero ducem cū camello: & q̄ quid uiatīci opus ē libētissime dabo. Scribam insup̄ ad iarcham sapientū p̄cipem, ut Apollonium nihilo se inferiorem iucūde sciipiat: & uos itidem, tanquā uiros philosophos: & diuini hoīs comites ac ministros. His dictis aurum illis dari iussit: & linteas uestes subtilissimas: p̄terea gēmas: & alia eius generis complura. Verum inquit Apollonius aurū habemus abūde qā bardanes nobis i-

SECVNDVS.

scijs duci nostro deferendum tradidit. Vestes aut perli-
benter accipiam: q̄ ueterū atticorum uestibus similes
esse uidentur. Gemmā uero unā manu capiens o opti-
ma inquit quā oportune nō absq; diuino numine te in-
ueni: q̄ esset, ut arbitror cōtemplatus uim quādam se-
cretam atq; diuinā illi gēme inesse. Damidis uero co-
mites cū nec auri q̄cquā accepissent gēmas tamen ali-
quas accēpunt: quas dijs sacrarēt: si quando in patriā
redire cōtigisset: manserūt autē illic ea die: nā rex eos
abire nō permisit. Scripsit quoq; ad iarchā epistolam
huiusmōi. Rex pharaotes. Iarchæ præceptor: q̄ qui
apud illū sunt sapiētibus gaudere. Apollonius uir sa-
pientissimus, sapientiores uos eē putans: ut uestra di-
scat ad uos uenit: dimitte igitur ip̄m scientē quacūq;
uos scitis: ne qd de uestra disciplina deperdatur. loq̄-
tur aut optime hoīum oīum: q̄ memoria maxime ui-
get: date etiā operam ut thronū uideat: in quo sedenti
mibi regnū dedisti. Tarca pater. Insuper q̄ Apolloni-
um secuntur multū laudis merentur: quoniā uirū ta-
lem uehemēter amāt uale q̄ ualete. Hæc accepta epi-
stola taxilis abierunt: iamque bidui iter progressi
ad locum uenerunt: ubi Porum cum Alexandro pu-
gnasse ferunt: ibiq; portas etiam astare dicunt, nō lo-
ci cuiusquā claudendi causa: sed trophei tantum gra-
tia extructas: ipsis quoq; Alexandrū conspici: quadri-
ingo currui sup̄stātem: sicut cum Darij satrapis apud
ipsum pugnauit: Duas autem alias portas esse ferūt:
non longo inter se spatio distātes: supra quarum unā
Alexandri supra aliam uero Pori statua posita ē: que

LIBER.

post eorum, ut arbitror conciliationem extructæ fuerunt. hic enim letabundo: ille salutanti, uenerabundo q; similis apparet. Post hæc Ydraote flumine superato: cū gentes plurimas peragrassent ad yphasidem fluium tandem peruenere a quo stadiorum. xxx. spacio cum abessent aras inuenerūt tali inscriptas epigrammate: Patri ammoni: & herculi fratri, & Mineruæ Palladiæ: & Ioui olympio: & samothracibus cabiris & indico soli: atq; Apollini delphico. Aeneā quoque columnam eodem loco erectam tradunt his uerbis inscriptam. Alexander hic stetit: & aras quoq; Alexā dri et opus esse arbitramur imperij fines hoc monumento signantis. Columnam uero indos yfasidis accolas erexisse puto: quasi gloriantes q non fuerit ulterius Alexander progressus.

PHYLOSTRATI DE VITA APOL-
LONII TYANEI LIBER
TERTIVS.

*flum
sibus*

DE ypaside uero quantus indicam terram percurrat: quidque circa ipsam admirabile sit iā dicemus. Huius fluminis fontes, i agro sca tent: estq; fluuius ipse a principio statim nauigabilis. Paululū uero pcedens nauibus inuius est. Petre nāq; superiore ex parte acutæ, atque inter se densæ ab aqua latentes: ab alueo prominēt: quibus aqua illisa & in se conuersa

TERTIVS.

nauigabilem fluiiū reddit. Latitudine uero istrū adæ
 quat: qui europæ fluminū maximus habetur: in eius ri
 pis arbores nascuntur similes his: quæ penes istrū cres
 cunt: a gbus unguentum distillat: quo in nuptijs in
 di perungi consuevere: tantiq; ab illis existimatur: ut
 nisi tali unguento puncti nubentes fuerint, imperfe
 ctæ nuptiæ: & ueneri nequaquã gratæ putentur. Vene
 ri quoq; dicatum esse ferunt nemus fluminis ripis ad
 iacens. Pisces etiam quos Pavones appellât, in hoc dū
 taxat flumine oriri phibent. Vocantur aut eodē, quo
 & aues noie: quia ipsis etiam cerulæ sunt cristæ: squa
 mæ autem uersi colores: cauda uero aurea: inquacunq;
 uoluerit partem uersatilis. Est p̄terea in eodem flumi
 ne bellua albo uermi similis: ex qua capta oleū fit ad
 usum ignis accommodatum: quod nisi uitro cōtineri
 possit. Capitur aut regi tantūmodo eiuscemōi bellua
 qua ille diruēdorum menium causa utitur: nã ubi mu
 ros eiusmodi pinguedo tetigerit: ignis accenditur in
 extinguibilis: oīum maxime: quæ pro excitandis incē
 dijs ab hoibus inuēta sunt. Asinos p̄terea siluestres in
 uicinis paludibus multos capi dicūt: esse aut huiusmo
 di feris in fronte cornu: quo taurorum more genero
 sissime pugnat. Conficere aut indos ex illis cornubus
 pocula, asserūtq; nullis morbis illo die affici: qui eius
 modi poculo potauerint: neq; si uulnerati fuerit dolo
 re: et ex igne et icolumes egredi: neq; ullis uenenis ledi
 quacūq; nocēdi gratia in potu dantur. Iccirco regū eē
 eadē pocula: et regi tm̄ eiusmōi feræ uenatiōem pmit
 ti. Apollo itaq; ferā aspexisse: eiusq; naturā cū admi

ratione considerasse ferunt. Interroganti autē damis-
 di an sermoni qui de poculo iam dicto ferebatur: fidē
 adhiberet: Adhibeo inquit: si huius regionis imortas-
 lem regem esse intellexero. qui enim mihi, aut alteri
 cuiquā poculum ita salubre dare pōt: nōne uerisimili-
 us est ipsum quotidie illo uti: & ex eo cornu frequē-
 ter ad extremam usq; plenitudinem bibere: nemo enī
 ut puto calumniabitur eum, qui tali poculo etiā ines-
 brietur. Hisdem in locis & mulierculam inuenisse p-
 hibent a capite usq; ad māmas nigram: infra uero us-
 q; ad pedes albam: quā uisam ceteri uelut portentum
 extimuerunt. At Apollonius manu apprehensa: quānā
 esset agnoscere uoluit: comperit autem indicē ueneri
 mulieres eiusmodi sacratas esse: & similiter quicquid
 ex tam uaria muliere nascitur sicut de api: quā ē apud
 egyptios audiuius. Inde caucasi partem illam tran-
 scenderunt: quā in rubrum mare porrigitur: ea uero
 diuersis aromatum generibus confita est. Montis nā-
 q; radices cinamomū ferunt quod nouis sarmentis as-
 similatur: bonitatis autem suae experimentum dat ca-
 pra. siq; enī cinamomū caprae porrexerit: tanq; catu-
 lus admurmurat: & abeuntē sequitur: nares quoad pōt
 ipsi pproinquans: q; si pastor eam admouerit non secus
 queritur: ac si a pabulo distracta esset. In montis autē
 preruptis lateribus arbores e quibus thus distillat pcer-
 rimē nascuntur: & aromatu alia species multae. In-
 ter quas & pipis arbores sunt: quod tanquā agricolae
 genus quoddā simiarū colit: quā a graecis pitheci appel-
 latur: nec cui similetur arbori ab illis scribitur: quod

TERTIVS.

autem ab alijs acccepi referam. Piperis arbor illi simi-
 lis esse traditur: quam græci agnon id est castam ap-
 pellant: cū partibus alijs tū maxime fructuū racemis.
 Nascitur autē in extremis præruptisq; locis hominū
 generi inaccessibilibus: ubi simiarum: quas diximus po-
 pulus montis cauernas: & omnia foramina incolit:
 eas autē maximi faciūt indi: quoniā piperis: ut sic di-
 cam: uindemiatrices sunt: quapropter & armis, &
 canibus leones & cæteras feras ab ipsis arcet. Insi-
 diatur autem huic simie leo egrotus quidē medicinæ
 gratia: aiunt nāq; huiusmodi simiarū carnes leonum
 morbis mederi. senescentiū pastus cibiq; causa. Nam
 ubi propter seniū cervos aut capreas uenari leones ne-
 queūt, Simias capiūt ī ipas qđ supeſt uiriū exercētes:
 sed, ut diximus, indi Simias nō negligūt: et se bñficia
 ab ipsis cape arbitrātes leones arcēt: Quod autē ad pi-
 peris collectionē attinet sic se habet: Accedētes indi ad
 arbores: quæ in pte montis infima nascūtur: fructusq;
 ab illis decerpentes: paruas quas dā sub arboribus are-
 as faciūt: ubi piper congerūt: quasi casu illic ipsum p̄i-
 cientes: ceu rem neglectā et minimi ab hominibus exi-
 stimatā: circumstantes uero atq; in auis abdita simiæ
 talia desuper aspiciētes: ubi nox aduenit indorū opus
 imitate auulsos arborū ramusculos, ī areas: quas dixi-
 mus conferūt. Indi autē: ubi dies illuxit piperis acero-
 uos asportāt: quos nihil laborantes sed dormiētes ag-
 sierunt. Sed iam ad Apollonium, eiusq; comites redea-
 mus qui superato monte subiectam planiciē conspicia-
 ti: plurimis fossis aqua redundantibus intersectā ani-

LIBER

maduerterunt. Erant autē fossarum alia recta: alia
 obliqua: aquam ex gange deriuantes. Has autē fossas
 partim terminis designandis: partim irrigādis agris
 cum sitissent seruire dicebant. Sunt autem agri omni-
 um: qui apud indos coluntur feracissimi: & planici-
 es totius indiae maxima: protenditur enim in longitu-
 dinem dierū quindecim: secus gangē ambulātibus: des-
 cem autē & octo e mari ad montē usq; simiarū patet:
 cui tota planicies subiacet. Terra autē colore nigra ē:
 & frugū omniū ferax ubi segetum paleas, & spicas
 harundinū instar cōspici dicunt. fabas autem triplo
 maiores his: quae in egypto nascūtur. Sifamum quoq;
 proferre, et milium eximia magnitudinis: praeterea
 nuces tam crassas iisdem in locis nasci perhibēt ut ea-
 rum pleraq; in templis, apud nos uideamus miracu-
 li causa suspensas. Vites autē paruae admodū: quante
 apud meones lydosq; ibi nascūtur: Vinum tamen ex il-
 lis expressum gustatu, & odore iocundissimum esse
 aiunt. Aliam praeterea arborē illic inuenere lauro se-
 milem: quae siliquā calicis instar formatā: malipuni-
 ci magnitudine profert: siliquae autem pomū inest co-
 lore ceruleum: ac ueluti pulcherrimus iacinthus: gu-
 statu uero suauissimū omniū: quae in illo monte nascā-
 tur. cum autē e mōte descenderent locum inuenerūt:
 ubi draconibus uenandis indi se exercent: de qua re nō
 cessarium esse putari pauca narrare: absurdū esse iu-
 dicans si de leporū uenatione: capturaq; plura ab his
 dicta sunt: quibus ea narrare cura fuit me autē tam ge-
 nerose tāq; utilis uenatōis modū pretermittere: haud

TERTIVS.

51
 quaquā omiſſum a uiro: cuius gratia hæc ſcribere ſum
 aggreſſus. Ois india regio draconibus abūdat, et mul-
 titudine et magnitudine mirādis: itaq; paludes plenæ
 ſunt et mōtes, neq; tumultus ullus ijs uacuis repitur.
 Verū paluſtres pigri tardiq; ſunt lōgitudine cubitoꝝ
 rū. xxx. et uix caput attollētes. Sūt. n. terreſtribus ra-
 nis ſimiles: et terga hñtes ſub nigra & cæteris minus
 ſquamofa: quapropter ſapiētius de tali draconū gene-
 re loquitur Homerus: quā pleriq; cæteri poetæ. Draco-
 nem deſcribēs: quē in aulide iuxta fontē dixit habita-
 re: ſic ait draconē terga rubentē. Alij uero poetæ de eo
 dē draconū genere loquētes ceu de illo: quē in nemeæ
 luco fuiſſe tradūt criſtatū eſſe perhibent: quod nos in
 nullis ineſſe paluſtribus unquā inuenimus. Sunt etiā
 alij in radicibus: aut cacuminibus montiū habitātes:
 qui quādoq; in planiciē uenationis cauſa deſcendūt:
 ea quæ ad paluſtres pertinent rapientes: nam & in
 maiorem porrecti ſunt magnitudinē, longitudinēq;
 & uelocius fluminibus: quāuis rapacibus, feruntur:
 ita ut ab illis euadere nihil poſſit. His autē criſta na-
 ſcitur iuuenibus, quā mediocriter prominens: proxe-
 ritis uero ætate grandior: & ob id ipſum in alteram
 partem deflexa: Qui uero coloris ignei ſunt: & in
 dorſo ſquamas emiñtes tanquā ferrā habēt: his etiam
 barba adnaſcitur: & altiſſeſ ceruicem attollunt: &
 eorum ſquamæ inſtar argenti fulgēt: oculorū autem
 pupillæ lapides ſunt: tanquam ignis fulgentes: quo-
 rum uim maximam eſſe ad morbos complures tol-
 lendos aiunt: quapropter & lucrum uenationibus
 afferunt. Campeſtres dracones quotiens elephantum

LIBER

inuadunt ab occurrentibus uenatoribus plerūq; cum
 elephanto simul interficiuntur. Draconem capiē-
 tibus premia sunt oculi pellis: & dentes: sunt an-
 tem membris ingentibus porcis similes: præterq; q̄
 corpore graciliores: & in quamcūq; partem uersatis
 les: rostro autem ualidissimo tanquā ingentes pisces.
 Montani uero dracones squāmas habent coloris ful-
 ui. Longitudine autē excedunt campestres barbaq; il-
 lis est setosa: & ipsa coloris aurei: supercilia uero p̄
 fundiora habent quā campestres: oculi autem super-
 cilijs subsunt: torue grauiterq; aspiciētes: quibus pers
 inde ac si essent enei resonant, quodocunq; in terra
 serpunt: e cristis uero: quæ rubræ sunt ignis scintillare
 uidetur: & isti quoq; elephantos capiūt: ipsi uero ab
 indis hoc modo capiuntur. Pallium coccineum litte-
 ris aureis super intextum ante cubiculos extendunt:
 scripta autem incantatoria uerba somniū dicuntur
 inducere: his draconum oculi, quāquā durissimi supe-
 rantur: ipsi quoq; plurima uerba ex arcana sapientia
 super incantantes eo draconem perducunt: ut litteris
 pallio intextis super dormitet. Dormienti autem ins-
 tantes indi ceruicem securi feriunt: scissoq; capite la-
 pillos intus extantes auferunt. Traditur enim monta-
 norum draconum capitibus inesse lapillos specie &
 aspectu iocundos & splendorem quendam coloribus
 inducentes. Viribus autem potētiaq; mirabiles: quod
 anulus testatur: quem habuisse gigem uulgatum est.
 Euenit autem interdum: ut draco indum cū securi et
 arte intra cubile trabens deuoret, ipsum etiam: ut pe-
 ne dixerim montem concutiens. Tales autē dracones

TERTIVS.

montem qui ad rubrū mare pertinet dicuntur incole
 re eorūq; horrendos sibilos audiri:quādoq; etiā mare
 ingressi longius natando prouehuntur. De longitudi
 ne autē uitæ huiusmodi belluarū:et cognoscere diffi
 cillimum est:et si dicatur incredibile hæc:quæ de dra
 conibus nosse potui. Vrbem uero magnā sane: & mō
 ti subiectam inuenere:quam paracam inquit appel
 lari:in eius medio plurima uiderūt suspensa draconū
 capita: q̄ eius ciuitatis habitatores ab ineunte ætate
 tali uenationis genere se exerceant. Ferunt etiam eius
 urbis homines animalū conceptus ad murmuratiōes
 q; intelligere:si draconis ep̄ aut cor comederint. Ap
 pollonius autem & comites urbē pretergressi cū non
 multum adhuc processissent fistulæ sonitū audire nis
 si sunt:quasi pastoris gregem colligentis: ac subinde
 pastorem uiderūt qui albarū ceruarū gregē pascebat:
 mulgent autem ipsas indi:q̄ earū lac maximū esse nu
 trimentū putant, optimūq;. Inde. 4. dierum iter pro
 gressi per felicē ac bene cultā regionē ambulantes:ad
 oppidum in quo sapientes habitāt peruenere. Ibi dux
 itineris pauidus:multoq; sudore manans:camellū se
 se ad terrā demittere iussit:uolens, et ipse in terrā de
 filire:sed Apollonius tantæ mutationis causa cognis
 ta pauorē indi deridens: is inquit mihi facere pinde
 uidetur:ac si quis longū pelagus emēsus:ubi in portū
 peruenit terrā odio habeat:et se in portu eē timeat:
 hæc dicēs camelū exurgere iussit: erat. n. iam cū ip̄s
 assuetus. Incusserat aut duci pauorē:q̄ p̄p̄e sapientes
 iam peruenerat:quos oēs indi multo magis,quā reges

LIBER

proprios timent ac uenerantur: singularū nāq; puin-
 ciarum reges de suis omnibus rebus, aut agēdis aut fru-
 giendis eos consulūt tanquā ex diuina mēte responsa
 dantes. Ipsi uero quid factu sit melius suadēt: qd uero
 agendū nō putent dissuadent. Apollonius et comites
 in uico māsurī: qui a tumulo quē sapiētes incolūt sta-
 dij ferme spacio distat: Adolescentē conspicati sunt
 citato cursu ad se uenientē indorum oim nigerrimū.
 Frontis autem pars supercilijs interiecta instar lunæ
 micabat: quod posteris quoq; temporibus mēnoni he-
 rodis sophiste ac lupno adolescenti ethiopi contigisse
 se perhibent: cūq; magis magisq; propinquaret indus
 paulatim fulgor decresebat: quo ad tandem penitus
 euauit. Cerebat autē manu aureā āchorā: quā indi p
 caduceo hnt: ppterea q oia tētāt. Is græce Apolloniū
 salutauit: qd nemini mirabile uisum ē cū oēs fere uici
 eius habitatores græce loquerētur: q aut noiatiim sa-
 lutasset salue dicēs Apolloni: cæteros qdē stupefecit:
 ipsi aut Apollonio fiducia pstitit posse ea: quorū cau-
 sa uenerat consequi. Damidē itaq; aspiciens ad homi-
 nes inquit proculdubio sapiētes uenimus: qui res per-
 noscere mihi uidentur: his dictis indum interrogauit
 quid nam sibi agendū esset: cupiebat enim quā primū
 posset sapientes alloqui. Tunc indus hos inquit comi-
 tes hoc loco dimittere opus est: tu uero ita ut es solus
 me sequere. sic enim facere te iubent: hoc autē quod di-
 xit pithagoricū esse agnouit Apollonius: gaudensq; il-
 lum sequebatur. Tumulus autē quem sapiētes incolūt
 ea est altitudine qua est atheniensū arx: ex media sur

gens planicie: hūc munit natiuū quoddā saxū: qđ tan-
 quam manu et artificio factū circūquaq; tumulū am-
 bit: cuius in plerisq; partibus quasi uestigia cernūtur:
 et barbarū, ac uultuū formæ alibi: et hominū terga cō-
 spici dñr. labētibus similia. Qñ n. bacchus herculi con-
 iūctus, regionē illā inuasere, panas deos: quos i exercitu
 hēbāt ut expugnare tumulū aggredereentur: iussere: qđ
 arbitrarētur eos aduersus terremotus alias offēsiōes
 posse sufficere. Sed a sapiētibus diuersimode fulmina-
 ti ipsi petris erratorū suorū reliquerūt isignia. Circa
 tumulū uero nebula circūspicitur in qua indi habitāt
 ibiq; se nūc uisibiles nunc inuisibiles, ut libet faciunt.
 Vtrū uero portet tumulū claudāt nequaquā se nouisse
 dicūt: qđ p̄spectū nebula eripiat tam extra extantibus:
 quā intus clausis. Retulit aut Apollonius se ducem se
 quendo ex parte tumuli. que ad austrum maxime uer-
 git ascēdisse: uidisseq; in primis puteū latitudine pas-
 suū. 4. cuius terra cerulei coloris extās: ab imo fundo
 usq; ad os putei sursum attollitur: inde cum sol ad me-
 ridiem peruenit splendore quodam a solis radijs hau-
 sto deorsum residet calida, Iridis speciem uidentibus
 prebens. dicebatq; Apollonius postmodum didicisse
 omnem: que sub puteo est: terram sandaracinam esse:
 aquam etiam eiusdem putei arcanam uim quandam
 habere arbitrātur: nec ex ea bibit: aut haurit omnino
 quisquam. Putatur autem per omnem indiam ma-
 ximum esse iusurandum. si quis per eam aquam ius-
 rauerit. Iuxta puteum crater est igne plenus: ex quo
 flamma plumbei coloris emittitur: nullus uero fus-

LIBER

mus, aut odor ex ipso prodit: neq; crateris labra unquam excedit: licet eatenus aliquando crescat. illic indi qui a patratris facinoribus expiatur: quapropter sapientes quidem culpæ appellant: craterem autem uenæ: Gemina quoq; illic dolia se uidisse refert Apollonius: unum imbrium: alterum uentorum, & is quidē qui dicitur esse imbriū: ubi nimia siccitate india premitur, si fuerit apertus nebulas emittit: quæ uniuersam terram humectant. Sin uero nimia fuerit pluuia idem oclusus imbres cohibet. Alterum autem: qui uentorum esse dicitur idem facit: q̄ uires eoli facere perhibentur: Ad aperto enim dolio uentus regionem perflat: unde & salubritas in terra gignitur: deorū quoq; simulachra complura illic se uidisse tradit: nihilq; miratum esse: q̄ indorum aut egyptiorum deorum illic imagines uiderit: stupuisse autem q̄ eorum: qui apud græcos antiquissimi habentur aspexerit simulachra ceu palladis. Mineræ: & Apollinis delij: Lenij preterea & amiclei dionysij: et aliorum huiusmodi: horum enim singulis indi statuam posuere: græcoq; ritu iisdem sacrificant: dicunt autem indie medium se se colere: eumq; tumulum quasi umbilicum esse: & ab eodem sacrum ignem capiunt: quem sese a solis radijs accepisse gloriantur: atq; ob eius rei memoriam hymnum iugiter ad meridiē usq; decantant. Quid nā igitur: & quales uiri: & quo pacto instituti tumulum habitet ipsemet narrauit Apollonius: Nā in oratione quadā earū quās apud egyptios habuit, sic ait. Vidi indos brachmanes in terra habitantes: & non in terra

57

TERTIVS

absq; mœnibus munitos, & nihil possidentes: uel oia
 potius. Et hæc qdem ipse tanquã sapiens scripsit ocul
 tius. Damis aut̃ inquit, brachmanes ipsos humi dormi
 re: herbis tum super humũ structis: quas cum altius in
 terdum cumulent euenit, ut deos ferme cubitos a ter
 ra eleuati ambulent: nõ miraculi aut ambitõis causa:
 hoc eni crimine uiri illi carent: sed qã quacũq; a ter
 ra sublati sacrificauerint, ipsi soli gratiora: magisq;
 tali deo cõuenientia sese facturos arbitrantur. Ignem
 uero: quẽ a solis radio diuellunt: quãquã corporeus sit
 non tamẽ in aris aliquid comburẽdo: neq; laternis in
 clusum seruãt: sed tanq̃ radij qui a sole in aqua refrã
 gũtur: sic ille in sublimi ethere saliens cõspicitur. Ipsũ
 igitur solem illũ inter diu p̃cantur: ut horas: quas cir
 cun uolutiõẽ sua metitur opportunas, cõmodasq; &
 ppitias indorũ terrẽ mittat. Noctu aut̃ eundem ado
 rantes supplicent: ne ppter noctem indignetur: atque
 secum manere uelit: sicut ab illis habetur. Tale qd̃ igit̃
 tur significare uidetur Apolloniũ snia: qua dixi brach
 manas in terra esse: & non esse in terra: Quod autẽ
 sine mœnibus munitos eẽ dixit: aerem signat: sub quo
 manent: cũ enim sub diuo p̃manere uideantur in um
 bra tamẽ degunt: & decidente pluuia nõ madescent:
 & sub sole sunt, quando cũq; uelint: quod uero tertio
 loco de iisdem pertulit: nihil possidẽtes: etiã quã alio
 rum sunt ipsos habere, hoc modo interpretatur damis.
 Fontes: q̃ bacchantibus e terra scaturiunt: postquam
 Dionysius ipsos cum terra simul cõcussit: defluunt etiã
 am ad hos indos edentes aut iam depastos: Recte igit̃

LIBER.

tur Apollonius eos: qui nihil apparantes fruuntur his: quæ sua sponte proueniunt: & habet quæcūq; uelint & quæ nō habet habere dixit: Comas autē nutriunt: sicut quondam Lacedemonij & Thurij Tarentiniq; ac milesij: & cæteri: quibus laconica instituta placebant. Mitram quoq; albā gestabāt, & nudis pedibus ambulabant. Vestis autē eorum insuper humeralis formam composita est: ipsius uero materia linum est: qd sponte sua in illis locis nascitur: albū quidem; ueluti quod in Pamphilia nascitur: mollius autem propter pinguedinem: quæ ab ipso, quasi oleum stillat ex eo sacram uestem conficiūt: ac si q̄s alius indorum eiusmodi linum in aliam partem serendum transtulerit nō coalescit. Anulum atq; baculum: quorū utrūq; ipsi gestāt multum quidem posse dicūt ob duas precipue causas: & eas arcanas in precio haberi. Accedentē ad se Apollonium: cæteri q̄dem apprehensa manu salutauere. Iarcas autē in excelsō sedebat throno quē ex ære nigro fabricatum aureæ statuæ complures exornabāt: Aliorum uero sedes, & ipsæ æneæ erant sed nullis oīno signis ornata: & aliquantū, q̄ iarche humiliores: infra iarcam enim sedebant oēs. Is uisum Apollonium nominatim salutauit: litterasq; ab eo regis indorum poposcit: mirāti autem Apollonio: q̄ de litteris: quas gerebat aliquid p̄siscisset: atque quo magis inquit mireris; scias. D. unum in ea epistola deesse idq; ita esse palam ostendit. Inde plecta epistola ad Apollonium cōuersus: Quid inquit de nobis sentitis: cui Apollonius qd de uobis inquit sentiamus: satis ostendit labor itē

neris uestri causa a me suscepti, qđ adhuc nemo ex illis unde uenio locis est ausus pagrare. Tum inquit ille quid supra nos scire te arbitraris. Ego inqt Apollonius sapientiores uos esse censeo & multo diuina scire. Nisi enim præter ea, quæ scio noui aliquid apđ uos inuenerim, oia iam me didicisse arbitrarer: nec mihi supesse amplius discendum quicquā. Tunc Iarcas cæteri inquit consueuerunt ad se uenientes interrogare: quales nam ipsi sint: & cuius rei gratia conuenerūt. Vobis autem sapientiæ nostræ argumentum hoc primum est: quod uenientes ad nos agnoscimus: quod iudicare statim poteris. His dictis qua matre: quoq; patre natus eēt Apollonius & omnia, quæ egis fecerat: quoq; pacto ad eum damis uenisset: quidq; per totum iter serio egissent: aut alios agentes uidissent, non secus, ac si comes fuerit continenter planeq; narrauit. Obstupenti autem Apollonio: atq; unde hæc scisset interroganti: & tu inquit huius sapiētiae particeps aduenis: sed nondum etiam bene nosti. Rogo igitur ait Apollonius: ut me totam hanc sapientiam doceas: libenter inquit ille, abundeque docebo: eo namque sapientiæ iam peruenisti: ut nec inuidere tibi quispiam: nec celare te aliquid debeat eorum: quæ scitu digna sunt. Insuper memoria te abundare uideo Apolloni: quam nos maxime post deos colimus. Plane inquit Apollonius quid mihi natura insit percepisti. Nos uero inquit Iarcas, uires omnes animæ uidemus innumeris coniecturis illas inuestigantes. Sed quoniam niam meridies iam propinquat: & nos quæ ad

deorum cultū preparare oportet: nūc quidē colloquē-
 di finem faciemus. sacris autē pactis, quādiu uolueris
 colloquemur. Potes autē, si libeat, etiam sacris itersse.
 Ego uero p Iouem inquit Apollonius iniuriā cauca-
 so Indoq; uiderer afferre: quos ut ad uos accederē pe-
 netraui nisi cunctis quæ a uobis fiunt iterssem satu-
 rare igitur inquit Iarcas et nos sequere. His dictis ad
 fontem uenerūt: quē Damis a se postea uisum similē
 tradit ei: qui in Boetia dirce nūcupatur. Veniētes ita
 q; ad fontē corporibus primo nudatis tota capita ful-
 uo quodā medicamine perunxerunt, q; eorū corpora
 adeo calefecit, ut uehemēter fumarent sudorēq; abun-
 de stillarent nō secus ac si igne lauarentur: post hæc i
 aquam sese p̄icientes lauere: lotiq; ad tēplum accesserunt
 coronati: et hymnū cantantes instar choreæ i gi-
 rum cōpositi: chori uero principem faciebāt iarcam:
 Ereētis baculis terrā pcutiebant: quæ in tumultum
 sese attollens maritimi fluctus instar: duos ferme pas-
 sus in aerem ipsos extulit: ipsi uero interea cantabant
 cantū sophoclis peani similem: quē athenis in honorē
 esculapij cantari mos est: ubi uero terra resedit aduo-
 cans Iarcas adolescētulum: qui anchorā portabat: cu-
 ra inquit Apollonij comites: ipse uero multo citius: q̄
 uolet: auis ulla p̄fectus, reuersusq;: egregie curauit in-
 quit. Illi autē quod reliquū erat sacrorū peractō in se-
 dibus quieuerē. Tunc ad adolescentē cōuersus Iarcas
 offer inquit sapienti Apollonio faraotis sedem: ut in
 ea sedens nobiscum disputet. Quī postquā cōsedit in-
 terroga inquit Iarcas quodcūq; uis: ad uiros enim ac

cessisti qui omnia sciunt. primum igitur interrogavit Apollonius an se ipsos nossent: putans sicut apud grecos habetur. difficillimum esse seipm noscere. Ille uero Apollonij uerba in aliam sniam detorquens; nos inquit omnia nouimus; nec quisquam nostrorum ad hanc accedit philosophiam nisi antea se cognouerit. Recordatus aut Apollonius eorum: quae a faraote audierat: et quo pacto, quilibet philosophari uolens seipm antea pbaret: ea de re sermonem ulterius facere omisit qd esset faraotis rationibus iam antea psuasus. Rursus igitur Iarca interrogauit qualem de seipsis existimationem haberent. Ille uero opinari se deos esse rndit. Interroganti uero: quam ob cam ita putarent; quoniam boni uiri inquit sumus. Id aut responsum tanta eruditione plenu uisum est Apollonio: ut domitiano postmodum illud narraret in sermonibus; quos secum habuit: Post interrogatorem pssecutus: de anima inquit: quidnam sentitis? Ad quem iarcas: id ipm inquit: quod nobis Pythagoras: nos uero egyptijs tradidimus. An igitur inquit Apollonius sicuti pythagoras euforbū se fuisse asserit: sic tu anteq in hoc corpus uenisses Troya norū quedā: aut Graecorū: aut aliū quēpiam oio te fuisse censēs. Tūc indus troya inquit ab ijs: q̄ eo nauigare runt acheis deleta ē: uos autē: qui de ipa uulgati sunt sermones pdidere. solos em uiros fuisse arbitrātes: qui ad troyā militauerūt: multo plures ac diuiores hoies negligitis: quos aut uestra terra aut egyptus: aut haec ipa idia ptulit: sed qm̄ de priore corpore me iterroga sti dic queso quēnam uirum ceteris praestātiorem ar

LIBER.

bitraris: eorum: qui aduersus Troyam: uel pro troya
 tulerunt arma. Ego inquit Apollonis Achillem pelei
 filium censeo: is enim tanquã optimus ac fortissimus
 laudatur ab Homero: & super oēs Achiuos magnus:
 ipsiusq; facinora plurima decãtat. Plurimi etiam fu-
 isse dignos predicant Aiaces duos & Nireum: q; secũ-
 di ab Achille pulcri generosiq; narrãtur: Istis igitur
 Apollonius similem genitorem meũ existima. uel po-
 tius genitoris mei corpus. Sic enĩ & Pythagoras Eu-
 forbum se putauit. Fuit itaq; quõdam tps: quãdo hæc
 loca ethiopes incoluere, genus indicum sane. Verum
 ethiopia nondũ erat: sed ad meroem & cadadupas fe-
 niebatur egyptus: cũ etiam ipsa nili fontes præberet:
 & ad eiusdem flumis hostia terminaretur. Tunc igi-
 tur hæc loca incoluerũt ethiopes: Gangis regis ditioni
 subiecti: et tũc qđ abũde terra ipos alebat: deiq; illorũ
 curã hẽbant. Postea uero, qđ memoratũ regẽ interfece-
 runt nec ab alijs indis puri, impollutiq; sunt habiti:
 neq; terra ulterius in his locis consistere illos pmittit
 Semina em̃ quã in ipã iaciebantur priusquã ad frugẽ
 puenirent corrumpebat: mulierũ quoq; fetus redde-
 bat imperfectos, q̃netiam greges armẽtaq; insufficiẽs
 ter alebat: & ubicũq; ciuitatem constituere temptaf-
 sent subsidebat: cedeatq; edificijs terra. Gangis præ-
 terea simulacrũ quocũq; euntes psequẽs turbam oẽm
 interioribus exagitabat: neq; antea tali molestia libe-
 rati sunt: quã cædis auctores: quiq; sanguinẽ eius effu-
 derant terra obruerẽtur. Erat uero is Ganges cubitos
 torũ. x. longitudine: formositate aut tali: quali antea

nullus extitit: eratq; flumis gangis filius: quapropter
 eius patrē in indiā qñq; iundantē: ipse i rubrum mare
 cōuertēs indicā telluri ppitiū reddidit. Terra igitur
 uiuētī sibi abūde quæ opus erāt suppeditabat: mortuo
 at humorē exhibebat: Quoniā autē Homerus Achillē
 Helenæ gratia ad troyā deducit: narratq; illum urbes
 maritimas duodecim expugnasse: terrestres autē un-
 decim: ablataq; sibi postmodum a rege muliere in irā
 exaruisse: ut agrestis inhumanusq; uideretur: confe-
 ramus e contra quod de indo sentiendum arbitremur
 Is primum ciuitates condidit sexaginta: quæ iter om-
 nes regionis huius primæ censentur: esse uero nemi-
 nem arbitrer: qui gloriosius esse putet ciuitates popu-
 lari: quā condere: præterea scythas: qui caucaso supe-
 rato in hæc loca exercitum adduxerant: submouit: ita
 que patriæ suæ liberatorem uirum bonum ab omnis
 bus iudicari: multoque præstantiorem: quam qui pas-
 triæ seruitutem affert: nullus dubitat, præsertim si
 mulieris gratia id fiat: quam inuitam fuisse raptam
 minime est consentaneum. At noster indus compositō
 fœdere cum eo: qui tunc in his locis regnabat: ubi
 nunc Faraotes dominatur cū ille mulierem cōtra ius,
 fasq; sibi abstulisset: fœdera tamē uiolare noluit: q̄ tā
 sancte, pieq; se iurasse diceret: ut ne iniuriam qdē pas-
 sus detrimenti quippiam illi uellet asferre. Multa in-
 super huius uiri gesta referre possem nisi meip̄m lau-
 dare uelle uiderer. Ego em̄ ille ipse sum: hoc at aperte
 monstrauī: cum essem adhuc annorū quattuor: cum
 enim Ganges ille adamantinos gladios septem humi
 b iiii

LIBER.

obruisset ut regionem nullus unquā timor inuaderet: posterisq; t'pibus dii sacra eo loco fieri inberent: ubi ganges gladios obruisset: locum tñ ubi nā eēt: ut monstrarent: ego quāuis admodum puer oraculi antistitē ad locum duxi: locumq; effodere iubens depositos ibi gladios fuisse monstraui. Nec uero mireris, si ex indo in indum translatus fuerim: hic enim adolescentē digito notans annos natum uiginti, supra omnes hoīes ad philosophiam idoneus a natura gēitus est. corpus nanq; ut uides, robustissimum habet: & facies quandam prefe fert ingenuitatem: sustinet quoq; uiriliter ignem, omnemq; corporis sectionem: attamen talis extans philosophiam odit. Quis nam igitur inqt Apollonius o iarca est adolescētis affectus: mirabile namq; aliquid narras, si taliter a natura institutus philosophiam non colit: atq; eius nō amat disciplinam uobiscum præsertim uersatus: Minime uero nobiscum uersatur inquit: Sed tanquā leo inuitus deprehensus ē in uictusq; detinetur: respicit autem nos ipsum demulcētes, atq; atrectātes: is igitur adolescens Palamedes fuit qui ad troyam quondam pfectus est: habet aut inuicissimos Vlixem, et Homerū: q' is q'dem dolos contra se machinatus est: ille uero de suis laudibus nullū facere uerbū dignatus est: & qm̄ sapientia: quā tunc habuit nihil sibi attulit adiumenti: neq; Homerū laudatorem sortitus est: a quo multi longe deteriores nomen, & gloriam iugentē sunt consecuti: & ab ulixe: cui nihil attulerat iniuriæ supatus ē. Calūniatur philosophiā: & suā hāc pturbationē moestus cōqueritur

TERTIUS.

501

Est autem is palamedes: qui litteras scribit, cum tñ nū
quā litteras didicerit. Dū illi talia iter se loqueretur:
muntius ad iarcā uenit: inquit Rex postridie luce pri
ma huc ueniet: quod p̄ maximis suis rebus uos alloq̄
necessario cogitur. Cui iarcas, accedat, sane, melior ee
nim abibit: si agnouerit uirum græcū. his dictis insti
tutū antea sermonem p̄sequēs his uerbis interrogauit
apolloniū. Tu inquit de priore corpe, quidnam di
cis: num & tu, quis antea fueris meministi. Ille uero
quoniā ignobile illud fuit: pauca de ipso recordor in
quit. Ad quem iarcas an adeo ignobile cēsē egyptiæ
navis gubernatorē fuisse: talem enim te quondā exti
tisse cōpertum habeo. Vera inquit Apollonius Iarca
narras: iste enim ipse re uera fui puto autem id nō so
lum ignobile esse: uerū etiā contemnendū, atq; despici
endum, nā cum re uera tantæ sit dignitatis: quātæ aut
ciuitatis princeps: aut exercitus ductor: attamē ab ho
minibus maritimis conuitijs, maledictijsq; laceratur:
propterea facinus generosissimū omnium quæ in ea fa
cultate gessi: nullus unquā laudare dignatus ē. Quid
est ergo inquit Iarcas: q̄ te generose fecisse dicis: an
q̄ maleā sunionue sis præteruectus nimis celeriter des
latam nauim cohibens: uel q̄ optime uentos prænos
sceres a puppi: siue a prora surgentes: seu q̄ nauim du
cere: aut subducere scires optime: uel q̄ scāfam ex cur
uis euboïæ inter multa p̄mōtoria traxeris. Tūc Apol
lonius: quoniā me in sermonem inquit de gubernato
ria arte cōpellis: audi qd̄ mihi tūc recte fecisse uideor.
Phenices piratæ uniuersum qñq; mare occupauerant:

et ciuitates clanculū obibāt, inuestigātes quid quisq; quoue tēpore in naues deferret: cū igitur aduertissent nauim meā pluribus ac preciosissimis mercibus onustam esse: piratarū hospites scorsum uocatū interrogarunt: quātum nauili pro mercibus: quas in nauī habebā, accepturus essem: quibus ego, mille nūmos respondi me accepturū: q̄ quattuor essemus gubernatores eius lucri p̄cipēs. Tunc est ne tibi domus uspiā interrogarūt: ego uero tuguriū inquā: potius quā domū in pharo insula possideo: quā insulā Protheus quondam incoluit. Illi itaq; rursus interrogarunt, an uellē pro mari terrā & pro tugurio domū possidere: nauilūq; decuplo maius eo: quod accepturus essem recipere, & innumeris malis: quæ occulta gubernatoribus imminēt liberari: cūq; ego uelle me respondissem: nec tamen piratam fieri uelle q̄ multum iam arte gubernatoria profecissem: magnāq; in ea laudē essem consecutus. Illi sermonē ulterius protrahentes decē millium drachmarū sacculos mihi se daturos polliciti sunt: si eis in eo: quod poposcissent fuissem obsecutus. Tūc ego omnia me prestaturū respondi: quæ alius quispiā præstaret: nec quicquā esse prætermisurū. Tunc illi piratarum curatores se esse professi sunt: petere autē a me ne capiendæ nauis facultatē illis adimerē: neue in urbē regrederer ubi ex eo loco nauigare cœpissem: sed iuxta p̄mōtoriū nauē agerē: pirati as em naues post p̄mōtoriū in sinu quodā expectaturas eē: iuramētōq; se obstringere uolebāt nō eē me interfecturos: et quoscūq; etiā uoluissem seruaturōs icolumes. Ego uero illis ad

TERTIVS.

59
 uersari nequaquam tutum arbitratus sum timens ne me abre-
 ptum ad naues in mare demergerent. Vbi igitur quacumque
 uoluerunt sum pollicitus oportere eos dixi iuramento
 firmare nec me interfecturos esse: et quae polliciti essent
 effecturos: quod postquam illi sine mora iurarunt in templo talia
 colloquebantur: abite inquam ad uestras naues: nos enim non
 istum soluemus: atque ut maiorem fidem uerba nostra face-
 rent: de pecunijs mentionem intuli, rogans ut mihi probos: et
 non adulterinos nummos darent: non tamen dea quam nauem coepis-
 sent, et illi quod abierunt: ego autem in altum pelagus nauem
 deducens promontorium superauimus. Haecine igitur inquit
 Iarcas iusticiae opera esse censet Apolloni? Cetero inquit
 Apollonius, non solum iusticiae: uerum etiam humani-
 tatis, non perdere enim hominum uitam: et mercatorum
 facultates non dispergere: pecuniarumque cupiditatem
 uincere: praesertim cum essem nauta, multas mihi
 uirtutes complecti uidetur. Ad haec subridens indus,
 uideris inquit existimare iusticiae quandam speciem esse
 iniuriam non referre: quod et omnes graecos existimare
 uideo: ut enim ex egyptio quodam: qui huc accessit
 audiui. Veniunt ad uos Romani magistratus: nudam,
 erectamque securim super uos ferentes: et si non dum
 nouerint bonis ne, aut malis uobis imperent: uos autem
 nisi causarum iudicia peruerterint iustos illos esse
 predicatis: perinde, ac seruorum caupones ibidem facere
 accepimus: qui ex caria seruos captiuos adducentes:
 cum eorum mores uobis enarrant, inter primas laudes
 enumerare solent, non esse eos fugaces. Magistratus
 igitur: quibus subestis: tali genere laudis exornatos

esse: quo etiam serui laudantur admirandos iudicio ue-
 stro dimittitis. Verū qui apud uos sapientissimi has
 bentur poete, ne si uelletis quidē, iustos, bonosq; uos
 esse permittūt. Minoi nāq; qui cunctos homines cru-
 delitate superauit: quiq; nauibus urbes plurimas, par-
 tim in insulis, partim secus mare positas in seruitutē
 redegit iusticiæ palmā tribuētes apud inferos iura a-
 nimabus eū reddere perhibēt. Tantalum uero: qui be-
 nignus fuit, ac perhumanus: quiq; concessā sibi a dijs
 immortalitate amicos impartiuit, cibo potuq; probi-
 bent. Sunt et q; casurū lapidē supra caput eius appen-
 dentes in signi iniuria bonū ac diuinū uirū afficiant:
 quē malle nectaris lacu dicerēt circūfusum: quando
 quidē per humane ac omni inuidia semora hoibus il-
 lud propinauit. His dictis, statuā ad sinistra ostendit
 tantali subscriptione notatā. Erat uero statua cubito-
 rum quattuor etate denotans annorū quinquaginta
 & argolico more ornata, clamide uero demissa sicut
 thessalix: est autem statua similis propināti pbialam:
 quæ plena sitienti cui piā abunde potum sufficeret: in
 quā humor distillat incorruptibilis potiōis: quæ fialā
 mensura nunq̄ excedit. Quid aut hoc significet: et q̄
 nam sint: q; ex hoc poculo bibāt, paulo post adaperiā.
 Existimare. n. opus est Tantalum dicendi facultate nō
 caruisse: cūq; ipsam hoibus cōmunicaret, increpitum
 a poetis fuisse, q; nectar hominibus bibendū dedisset.
 Verum ob hoc a dijs increpitus nō est: neq; calumniā
 ab eisdem passus. Si. n. dijs inimicus habitus esset, nun-
 quā ab indis: qui deorum amicissimi sunt: quiq; nihil

absq; diuino numine faciunt, uir bonus habitus eēt.
 Hæc inter se loquētes tumultus ex uico sublatus illos
 turbauit. Aduenerat autē rex medorū more ornatus
 et elatione, tumoreq; plenus. Perturbatus igitur iaro-
 cas. Si faraores inquit huc uenisset tacita oia, sicut in
 mysterijs cerneret, quibus uerbis intellexit Apolloni-
 us, hunc regē nō parua quadā particula: sed tota phi-
 losophia a faraoe superaret cum sapiētes oēs mæstros
 animaduertēret, ac nihil eorū preparātes: quæ regi fe-
 re opus putaret. Illo circa meridiem adueniente in-
 terrogauit ubi nā rex mansurus esset. Illi autē in hoc
 ipso loco respōderūt. De his em̄ quorum causa ad nos
 uenit noctū disputabimus. Id. n. tempus ad capiēda
 consilia est accommodatius. Tūc rursus Apollonius:
 qualis inquit aduenienti mensa parabitur: pinguis p-
 iouem inquit iarcas: & oia continent: quæ apud nos
 sunt: Pinguiter igitur uiuitis ait Apollonius: immo
 uero tenuiter inquit iarcas: et quāquā multis nobis ue-
 sci liceat, paucis tamē cōtenti sumus: regi autē pluri-
 bus est opus. Sic enim expetit: nullus autē uescitur dia-
 libus: neq; enim talia hoc loco fas est comedere. Olera
 uero, et herbarū radices, & fruges, quascunq; india
 fert: Fructus insuper quicūq; cōditi seruantur sibi da-
 buntur, sed eccum. Veniebat autem cū fratre, simulq;
 ac filio gemis auroq; fulgens: uenienti q; assurgere uo-
 lentem Apolloniū Iarcas in sede continuit: ex more
 patrio non licere id fieri dicēs: his autē se nequaquam
 interfuisse scribit damis: q; ea die in propinquo uico
 pmanserit. Verū audita ex apollonio litteris se man-

LIBER

dassē refert. Sedentibus igitur illis rex accedēs suppli-
 cabundus ad sapientes tendebat manus: illi uero capi-
 te annuentes, ea quæ peteret se facturos promiserunt.
 Regis uero fratrem, et adolefcētem filium, in forma
 præstantem, non aliter quã seruorum quēpiam, q̄ eos
 sequebantur aspexere. Post hæc exurgens indus, regē:
 ut secum comederet inuitauit: cui postquã, assensus
 est rex, idq; libenter se facturum esse pollicitus ē. Tri-
 podes pithici quattuor sponte sua in medium proces-
 sere sicut etiã ab Homero narratur. Pincernæ uero
 sub ipsis ex ære nigro fabricati stabant: quales apud
 græcos Ganimedes: et Pelopes habentur. Terra autem
 herbis substrata erat, Lōge etiã mollioribus, quam
 nostri sint lecti: fructus autem, & panes: & olera cō-
 gruo tempore accedebant: suauius multo præparata:
 quã si eadem coqui condiuissent. Tripodum autē duo
 quidem uinum fundebant. Reliquorum uero alter a-
 quæ calidæ fontem alter uero frigidæ ministrabat: q̄
 ab indis deferuntur lapides: apud græcos quidem ob
 paruitatem monilibus aut anulis inseruntur: apud
 indos autem pocula: & refrigeratoria uasa ex illis fi-
 unt. Crateres etiã capacitatis tantæ: ut uiris quattu-
 or estate sitientibus potum abunde suppeditent. Aē-
 nei autem pincernæ mensurate uinum, & aquam mi-
 scent & ciatos proferunt: sicut in potationibus fieri
 consueuit, discubuerunt autem uelut in cenaculo: nul-
 lum tamen regi præcipuum locum assignantes: quod
 apud græcos Romanosq; maximi existimatur: sed ut
 cuiq; in mentem uenit accubere: diutius autem iam

TERTIVS.

peracto conuiuio: conuersus ad regem Iarcas. Ego tibi in conuiuio isto propino uirum græcum manu des notans Apollonium: qui penes regem accubabat: fides demq; facio hunc esse uirum generosum, ac diuinum. Ad ea rex: audiui inquit hūc: atq; eius comites: qui in proximo uico morantur ad Faraotem uenisse. Recte inquit iarcas beneq; audisti: ipse enim hic etiam illum hospitatur. Tunc rex cur illi tantopere affectus est faraotes? Tūc iarcas, quid aliud censes inquit: quā eius rei causam qua ipse precipue gaudet. Nihil ergo inquit rex aliud suis studijs hic hospes effecit: quam ut illum generosum, strenuumq; esse non sineret. Ad hæc iarcas modestius inquit o rex de philosophia, de q; faraote sentiendū est: quoad enim adolescētior fuisti talia dicere, sentireq; adolescētia permittebat. Sed cū ad uirilem iā perueneris etatē tam insanis ignominiosiq; uerbis parcendū est. Apollonius autē iarca interpretē talia intelligēs, quid inq; tibi attulit nūquā esse philosophatū: Mihi quidē inq; rex uirtutes oēs, maxime uero ut cū sole nūquā idē sim. Apollonius uero ob tam insanam superbiā os manu comprimēs. Si philosophiæ inquit operam dedisses nūquā talia diceres, aut sentires. Tum rex. Tu uero optime uir: quoniam philosopharis: quid de teipso existimas inquit: cui Apollonius. Vir bonus esse mihi non uiderer: nisi philosophiæ recte operā darem. Rex igitur manus ad sydera tendens: per solem inquit faraote plenus, huc aduenisti: Apollonius autem ab interprete quid nam dixisset rex, percōtatus, nō frustra inq; sum pegrina

LIBER

tus: si quidem faraote plerumque euasi, sed si illum, tu nunc offenderes, me ipso plenum eundem diceres, quin & de me scribere ad te aliquid uoluit: Sed quoniam te uirum bonum esse dicebat onus epistola respuit: quoniam neque ad ipsum de me scripserat quisquam: et prima quidem regis debachatio hactenus processit: cum enim audisset illum a faraote laudari suspitionis oblitus, et uocis tonno demisso. Salue inquit hospes optime: Cui Apollonius, & tu inquit rex salue: nunc enim uideris aduenire. Tum rex: quis te inquit huc deduxit? Dei inquit Apollonius, & sapientes isti uiri: de me uero inquit rex: quisnam apud graecos est sermo? Idem inquit Apollonius: qui apud uos de graecis habetur: Nulla igitur inquit rex apud graecos mentione sum dignus: At ego inquit Apollonius de te nuntium feram: ut in olympis te coronent. Inde ad iarcam conuersus, hunc inquit ebrium furere sinamus. Tu uero dicas uelim cur eius comites fratrem: ac filium (ut dicitis) nec eadem accepistis mensa: nec aliquo penitus affecistis honore? Quoniam inquit iarcas regnuros eos quandoque putamus, oportet ante ita negligendo monere, ne nimis superbiant. Videns rursus Apollonius sapientes decem, et octo tantum numero esse interrogauit, quid is sibi uellet numerus: neque enim numerum hunc quadratum esse: nec ex his qui magno honore habentur, sicut decem, duodecim, sexdecim & alij huiusmodi. Ad haec respondens indus, neque nos inquit numeris seruimus, nec nobis numeri: sed sapientia, ac uirtute numerum augemus: et aliquando plures, quam nunc; quandoque etiam pauciores

TERTIVS.

sumus. Accepi nāq; auum meū, septem supra octoginta sapientes hoc loco congregasse: cū esset ipse omnibus iunior: unde cū annos centū & xxx. uixisset, solus hoc ipso in loco remansit: q̄ de comitibus nullus supesset nec in tota india esset quispiam, qui philosophiam: & uiuendi generosum morem natura appeteret. Cumq; egyptiorū quidam fœlicissimum esse scriberent: q̄ solus huic throno præfuisset ānos quattuor nolite inquit indis uirorum paucitatem improperare. Nos uero apolloni: qui egyptiorum ī sacerdotibus eligendis consuetudinem audiuius: & grecorū etiam iudicum quos .x. ludis olympicis preficitis, nequaquam laudamus, nec legem: quæ in eligendis illis uiris seruatur: sorti nāq; electionem cōmittunt quæ prudētie nihil habet: ita ut possit, etiam pessimus quispiā sorte eligi: quod si ex optimatibus, aut p̄ suffragia talium uirorum fiat electio: similis quoque incidere error potest: denarius enim numerus quem prætergredi aut non implere non licet: Si plures fuerint uiri boni talis honoris participes fieri non sinit: rursus quoq; si iusti .x. non fuerint, nullus talem sortietur honorē. Rectius igitur in hoc faciunt solis sacerdotes numero quidem aliquando diuersi, & nunc plures: nunc pauciores extantes. Iustitia uero semper ydem. Dum isti talia inter se colloquerentur: Rex eos interpellare: uel sermonem potius omnino dirimere cupiens: aliquod semper temerarium: insanumq; dictum interserebat. Tunc itaq; quidnam serio inter se loquerentur interrogauit. Cui Apollonius de maximis inquit rebus dis

LIBER

sputamus: quæq; apud græcos præcipue existimantur
 Tu autem parua forsan hæc putares: aiunt enim te
 græcorum facta calumniari: & uere inquit ille ca-
 lumnior, audire tamen uolo: puto enim uos de ser-
 uis Xersis Atheniensibus loqui. Tunc Apollonius nos
 uero de alijs inquit loquebamur: sed quoniam impor-
 tunc, falsoque atheniensium meministi dic queso, an
 ulli serui tibi sint domi? Viginti inquit millia seruos
 rum habeo: quorum nullum emi, sed domi geniti, na-
 tiq; sunt omnes. Rursus igitur Iarca interprete quæ-
 siuit Apollonius: utrum ille seruos suos fugiat, an ip-
 sum serui: tunc rex Apollonium conuiciatus hæc in-
 quit seruilis admodum est interrogatio, tamen ad eã
 quoq; rîdebo dicãq; fugã ad seruos. & p̄serti prauos
 magis ptinere: ad dñm uero mime cū possit: et uicere
 seruos: et uerberibus cruciatibusq; torquere. Satis igi-
 tur o rex atheniẽsũ seruũ fuisse Xersẽm oñdis: imo cẽ
 prauum seruum: qui ab illis aufugit: nauali uãq; præ-
 lio circa maris angustias ab eisdem supatus: timẽs na-
 uibus: quæ in helleponto erãt: cum una tantum nauis
 aufugit. Verũtamen suis manibus inquit rex athenas
 incendit: Vera narras inquit Apollonius: sed istius au-
 daciæ poenas dedit: quãtas alius nemo: quos enĩ ad in-
 ternitionem, deleuisse opinabatur, eosdem fugiens e
 græcia decessit: Ego uero Xersẽm aĩaduertens: & mẽ
 tem: qua motus exercitum in græciam duxit indignũ
 fuisse uideo: qui a nonnullis Iupiter esse putaretur:
 eius autem fugam considerans omnium hominum in-
 fortunatissimum illum iudico, nam si græcorũ ma-

63

TERTIVS.

nibus occubisset: quis unquam laudationem præla-
riorem esset sortitus, aut cui sepulcrum nobilius un-
quam erexerunt græci: quam illi statuissent: quæue ad
pud illud armorum: quæ musicæ certamina non in-
stituisent: Si enim Melicertæ: Palemones: & Pe-
lops aduena lydius: illi quæ in infantia defuncti: Iste
uero Arcadia et Argolide et omni quæ intra istmū ē re-
gione subacta deorū honoribus a grecis ornati sūt: quæ
erga Xersem facere omisissent uiri natura uirtutum
amatores: quicquæ illius laudes ad seipsos. quæ eū uicerant
redūdere putarent. Hæc dicente Apollonio rex ipse in la-
chrymas prorupit: & amicissime inquit quales uiros
esse Græcos mihi demonstras. Vnde igitur inquit
Apollonius tantopere illis infensus eras? Calumni-
antur inquit Rex græcorum genus ex egypto ueni-
entes ad nos nonnulli: qui seipsos optimos sacerdo-
tes, & sapientes esse dictitant: præterea legum la-
tores, ac sacrorum mysteriorum omnium quibus græci
utuntur inuentores: Græcos uero nihil recti sentire &
conuiciatores garulos esse, infidos præterea atque re-
belles: tum uero fabularum monstruosarumque rerum
assertores: præterea paupertatis ostentatores: neque id
ob modestiam ullam, aut frugalitatem: sed ut furan-
tes ueniam facinus mercantur. Nunc autem ex te aus-
diens: & quo pacto benigni sunt & honoris amato-
res, iam illis conciliatus paciscor: atque ultro cōcedo ut
a me quicquid efficere possim audenter petant: meque il-
lis debitas laudes impertiturū polliceor: nec egyptijs
amplius fidem adhibiturū. Ad hæc iarcas. Ego inquit o

LIBER

rex sciebam quisnam egyptius aures tuas corrupisset,
 ita ut de grecis boni quicquā narrare liceat dum illo
 uteris consiliario: sed quoniam ad meliorem sententiam
 ab homine græco redactus es nunc Tantali poculū
 bibendum nobis est: inde somno indulgebimus: ut pos-
 simus: quæ noctu peragenda sunt perficere: græcarum
 uero rerum cognitione ego, quādo cūq; adueneris ex-
 plebo: hæc dicens Iarcas potandi principium fecit ex
 phiala bibens quæ largiter cūctos satiauit, iugiter hu-
 morem fundens, non secus, ac si ex fonte scaturiret.
 Bibit autem Apollonius: amicitia nāq; firmāde cau-
 sa: huiusmodi compositio apud indos est adiuuenta-
 faciunt itaq; eius ministrum: Pincernāq; Tantalum
 qui amicissimus, mansuetissimusq; erga homines habi-
 tus ē. Potos autem terra excipit in lectis quos ip̄amet
 substrauerat. Media autem nocte primo cum surrexis-
 sent sapientes radiū solis in sublime eleuati: sicuti me-
 ridie fecerant laudauere: postea regi de omnibus: quæ
 petebat responderunt. Interfuisse autem sermonibus
 Apollonium: quos cum sapientibus rex habuit negat
 Damis: putare autem ip̄m arcana quædam de his quæ
 ad regni gubernatiōem pertinerēt cōmunicasse: exor-
 to aut die sacrifq; per actis, rex ad Apollonium uenit:
 et hospitio sibi illū iungere cupiens: ut in regiā secū p-
 geret hortabatur. Apol. aut regis hūanitate collauda-
 ta ad regiā se profecturum negauit, qd nollet hoī mul-
 tum sibi dissimili congrēdi: aiebat quoq; cum eēt iam
 diutius peregrinatus, uereri ne quos domi reliquisset
 amicos offendere, neue se ab illo deludi arbitrarentur

69

TERTIVS

Cumq; rex suppliciter hoc se petere uelle diceret iãq; illiberalius Apollonium inuaderet: rex inquit Apollonius, ubi humilius, quam se deceat de his: quæ postulat loquitur, insidias clanculum machinatur: Sed superueniẽs Iarcas iniuriam inquit affers sacrae domui uirum inuitum illinc distrahens præsertim: qui iam prænosens intelligit, familiaritatem tuam illi nihil esse profuturam forte etiam tibi ipsi nihil allaturam boni: Quibus auditis rex ad uicum regressus est: sapientum enim iura non sinebant regem supra diei spatium apud eos morari: tunc Iarcas accersito nuntio inquit duc ad nos Damidem arcanorum omnium participem futurum: & cæteris Apolloni comitibus quæcunq; necessaria sunt ut suppeditentur diligenter cura. Eo abeunte sapientes ut consueuerunt Apollonio circumfusi quæ uellet interrogandi licentiam præbere. ille autem dictis obtemperas quæsiuit quibus ex rebus hunc mundum esse compositum opinarentur. Illi uero ex elementis responderunt. An igitur ex quatuor inquit ille: minime uero ex quattuor inquit Iarcas: sed ex quinque: Quodnam igitur est quintum inquit Apollonius: præter aquam enim aerem terram, atq; ignem: quodnam quintum sit nescio. Ether est inquit Iarcas: quem deorum generationem esse oportet putare: Quæ enim ex aere trahuntur mortalia sunt: quæ uero ex æthere immortalia, atq; diuina. Rursus interrogante Apollonio quodnam elementorum prius factum esset, omnia simul facta esse respondit Iarcas. Animal enim per partes non paritur. Animal igitur

LIBER.

tur inquit putare debeo esse mundum. Certe inquit Iarcas si recte sapis, Ipse enim animantia cuncta p̄ducit. fœminam igitur an marem ipsum uocabimus, utrunq; inquit Iarcas: ipse enim sibi commixtus patris matrisq; uicem i animalium generatiõe supplet. amoremq; sui ipsius continet maiorem: quam alius ullus ad alium habeat: qui ipsum cõponit & constare facit. ita ut nihil indecens alienũue coalescere secum possit. & sicut manuum pedũq; operibus perficitur animalium motus, mensq; illi inest: a qua p̄cipium sumit actionum suarũ. Simili modo putamus, & mũdi partes, propter mentẽ: quæ illi inest inuicem cõuenire omnibus: quæ p̄ducunt, p̄ducunturue: morbi em̄ qui ex siccitatibus proueniunt, secũdum eius mentem p̄fiscuntur: quãdoq; dem homines a iure discedentes debitis honoribus ipsa non colunt. Regitur aut̄ huiusmodi animal, non una manu: sed multis: atq; inenarrabilibus utitur & infrenabile propter magnitudinem existens. habenis tamen regitur: & moderate deducitur: quo autem exemplo sufficienter hoc possim ostendere nescio, cum sit longe omnium maximum: et nostram exuperet cogitationem. Supponatur autem nauis ab egyptijs edificata: quam in nostrum mare duxerunt indicæ nauigationi egyptiam opposites. Cum eni uetustum intercederet pactum de rubro mari, quod rex: qui illi mari dominabatur contraxerat: ne q̄s egyptius longa nauis mare rubrum ingrederetur. Oneraria autem nauis in eodem mari una tantum uti posset, nauigium facere cogitarũt egyptij: quod mul

TERTIVS

tarum nauium uicē suppleret, idque omnibus mensu-
 ris quæ tantæ machinæ conueniebant, aptarunt. La-
 tera tabulatis intextentes, uelisque in altum maxime,
 tendentibus illud ornantes domunculasq; in eo com-
 plures tabulis circumseptas instituerunt. Erant autē
 complures nauis eius gubernatores: sub uno tamen:
 qui cæteros etate, & nauigandi peritia præcedebat
 ordinati. Multi autem optimi dexterimiq; nauis pro-
 ræ proficiebantur. plurimi etiam erāt: qui malū opti-
 me conscendere & uela, utcūq; opus esset aptare nos-
 uerant. Erat insuper ea nauis armis quibusdam egres-
 sie munita, nam contra barbaros: qui dexteram sinus
 eius partem incolunt præparare nauim opus erat: ne
 quādo inuadentes illā diriperent. Tale quid, & de hoc
 uniuerso mūdo existimandum est: nauigiū cuiusdam
 instar ipsum cōsiderando: & prima quædam: ac perfe-
 ctissima sedes deo tribuenda huius animalis genitori:
 Secunda uero dijs: qui eius partem gubernāt: quo loco
 poetas etiam debemus admittere: qui deos complures
 in cælo dicunt esse: multos etiam in mari in fluminis
 busq; ac fontibus. In terra præterea: ac sub terra. Hos
 uero sub terra locum: si tamen est ullus: quoniam hor-
 rēdum quendam corruptiuūq; esse decantāt a reliquo
 mundo secernamus. Dum talia loqueretur Iarcas, pe-
 ne a mente propter stuporem se excidisse: atq; altius
 propter admirationem se exclamasse scribit damis: quæ
 uinquā putasset uirū indum tam multū litteris græ-
 cis proficere potuisse: minus uero, & si optime linguā
 nosset tā decore facūdeq; cogitata proferre. Sumis etiā

LIBER.

laudibus extollit illius aspectum, risusq; urbanitatem
 et qđ opiniones eiusmodi non dubitanter uidebatur
 afferre: Quinetiam Apollonium ipm cōposita expo-
 litaq; oratione, uti solitum: aliquid tamen ab indo ad
 iumentum sumpsisse refert: ut quotienscunq; sedens lo-
 queretur. Id autem frequenter eueniebat in plerisque
 similimus Iarce uidebatur. Cum omnes ea quæ dicta
 fuerant summis laudibus extolleret. Rursum Apollo-
 nius interrogauit utrum maioris molis esse putaret
 mare ne: an terram: tunc Iarcas si ad mediterraneum
 tantum mare terra comparabitur. haud obscurum est
 terram maiorem esse: ipsa enim est: quæ mare cōtinet.
 Sin de uniuersa humida substantia ratio habeatur ip-
 sam terram minorem profecto ostendemus. Aqua em̄
 terram sustinet. Interea nuntius ad sapientes acce-
 sit indos aliquot deducens, salutatis sapientibus mul-
 erculam statuit pro filij salute precātem. Dicebat au-
 tem illū annos natum sexdecim, duos iam annos a de-
 mone detineri: esseq; demonis moris: ut ironia, mēda-
 cijq; plurimis uteretur. Interroganti autē e sapientis-
 bus uni, unde sibi tale contigisset infortunium ita re-
 spondit mulier: cum is puer ceteris aequalibus formo-
 sitate præstaret: demon quidam ipsius amore captus
 est: adeo, ut nec illum mente sineret uti, neque ad pre-
 ceptores pergere: aut sagittariam artem, aliumue lu-
 dum quempiam exercere: quinetiam nec domi eē per-
 mittebat, in campestris solitudines illum trahēs pro-
 prie quoq; uocis usu ablato, uocem grauem: qualem
 adulti iam etate homines habent, illi tribuit. Respi-

TERTIVS.

cit quoq; inquit alienis potius, quã suis oculis: ego igitur ait mulier bis de causis me miseram crucians, & pectora lacerãs: ut par est, ipsum monere, et quæ in rē suam essent suadere conabar: ipse uero, nec uerbis parebat: nec meum sustinebat aspectū: Cūq; me huc ad uos uenturam esse dixissem: idq; iam anno elapso facere statuissem, demon quisnam esset manifeste confessus dixit se puero tanquã histrione uti: aiebat autem se idolum esse hominis iam dudum in bello interfecti: qui uxorem suam uehementer amabat. Sed quoniam uxor coniugij iure uiolato: triduo post eius mortē alteri nupsisset summū erga mulieres odium cōcepisse: amoremq; omnē ad hunc puerum transtulisse: pollicitus insuper est, si se apud uos nō accusarem multa bona filio meo daturum: quibus uerbis persuasa aduentum hactenus distuli. Ipse uero iam diu me frustratus domum meam solus habet: nihil ueri, aut honesti loquens: nec sentiens. Tunc unus e sapientibus: an prope esset puer interrogauit: quod cum mulier negasset pducere illum laborantē demon in precipitia baratra q; daturum, & filium interfecturū esse minatus est: si se huc iudicandum adducerem. Tunc sapiens. Confide inquit: non enim ipsum interficiet. si hæc legerit: & simul epistolam e sinu detractam mulieri dedit. Scribebatur enim epistola ad idolū ipsum: minas terroremq; illi nuntiãs: nisi inuiolatū adolescentē dimitteret. Alius præterea claudus, eodē uenit, ānos fere natus triginta. Erat autē leonū uenator accerrimus: cūq; ingens leo sibi uenanti occurrisset: quæ in natibus est

TERTIVS.

67
 terrogabant: cum sapientes ipsi ab eisdem quoq; plurima sciscitarentur: atque eo pacto mutua disputandi uoluptate fruebantur: Verum arcanas libationes: per quas astrologicam facultatem & diuinandi peritiam inquirebant: Sacrorum præterea rationem: & inuocationum quas deis gratissimas esse nouerant Iarcam cum solo Apollonio communicasse refert damis: ita ut inde digressus Apollonius de astrologica diuinatiõe libros quattuor scripserit. quorum miragenes meminit. Scripsit etiam de sacrificijs libros quo pacto singulis dijs sacrificandum sit: quæue sacra talibus dijs sint acceptissima: Sed ego astrorum scientiam: atq; adeo diuinandi artem omnem humane nature metas excedere puto: & utrum quispiam uere ipsam nouerit nescio: De sacrificijs autem faciendis multa scripta in plerisq; templis inueni: nec non publice in ciuitatibus aliquot & in sapientum uirorum priuatis domibus inueni. Verum quis ea posset certe interpretari: quæ summa cum industria facundiaq; a sapiente uiro scripta sunt. Scribit præterea damis iarcam septem annos Apollonio dedisse, stellarum septem nominibus cognominatos: quorum singulos diebus singulis gestabat Apollonius, iuxta dierum nomina illos distinguens: Cum autem de rerum præcognitione frequens inter eos sermo haberetur: et Apollonius tali sapientiæ precipuæ studeret: & disputationum pleraq; ad ipsam retorqueret laudans eum Iarcas dixit: Qui diuinandi peritia gaudet optime Apolloni diu

ni quidem ob ipsam euadunt: & ad utilitatem homi-
 num plurimum conferunt. Qui enim ea, quæ opus est
 alios a dijs exquirere: hæc cæteris ignorantibus predi-
 care possit: hunc ego felicissimum et beatum puto: cū
 tantundem autem apollo delphicus in hac re possit ef-
 ficere: Sed quoniam ars iubet eos qui ad oracula petē-
 da proficiscuntur puros, mundosq; accedere: alioquin
 de templo eijci precipit: uidetur mihi multo magis ui-
 rum: qui præscire futura uoluerit caste, sancteq; dispo-
 situm esse oportere: ita ut nullius sordis macula ani-
 mam eius inquinet: nullasq; delictorum cicatrices mē-
 ti impressas gerat: ut pure de se ipso primum: & de
 eo: quem in pectore gestat tripodē uaticinari possit.
 Sic enim efficaciora uerioraq; dabit responsa. Quas
 propter mirari nemo debet: si hanc scientiam tu cons-
 secutus es, cum tantum ætheris in anima geras. Post
 hæc damidi quoq; gratificari uolēs: num tu etiam in-
 quit aliqua prænoscis assiriæ præsertim cum tali uiro
 tam frequēter uersatus: per iouem inquit damis quæ
 mihi necessaria sunt prænosco, nam cum primo Apol-
 lonio huic occurri: quia sapientia plenus uisus est elo-
 quentiam insuper, ac temperantiā: tollerantiāq; decē-
 tem: et memoriam multam in eo conspexi: et quāquā
 multis scientijs refertum: discendi tamen cupiditate
 flagrantem diuinum nescio quid mihi obtigisse puta-
 ui: itaq; illum secutus ex ignorante sapiens: ex barba-
 ro eruditus euasisse mihi uideor: ac deinceps in eius so-
 cietate perseuerans indos primo ac tandem uos ipsos
 uidi: et grecis cōmixtus ipse pene effectus sum grecus.

TERTIVS.

Et quoniam scientia uestra de rebus maximis confy-
derat: quasi delficum: aut dodoneum: aut aliud quod
cunq; uultis oraculum illam putate, meam uero: quo-
niam quæ mihi tantum utilia sunt prenoscō, tanquã
prestigiatrix cuiusdam aniculæ prudentiã extima-
te: quoniam & ipsa de ciuibus suis: & alijs huiusmo-
di uaticinari aliquid potest. Ad hæc uerba ingens a sa-
pientibus risus subleuatus est: quo sedato Tarcas de di-
uinatione sermonem profecutus multa bona erga ho-
mines illã efficere dixit. Inter quæ præcipuũ est me-
dicinæ donũ: Non enim inquit hi qui sapientes in hac
arte habiti sunt æsculapij filij tam multum profecif-
sent: nisi apollinis filius æsculapius, iuxta patris uati-
cinia morbis proficua remedia composuisset. quæ ille
deinceps filios docens: atq; illi nepotibus posterisq;
tradentes amicis tandem familiaribusq; eadem demõ-
strarunt, hinc itaq; medicinæ orta est disciplina: in-
uentumq; quales herbas humidis ulceribus, qualesq;
siccis salsisq; oporteat adhibere, potiones insuper me-
dicamentorum miscere: quibus ydropici sanctur: san-
guinis fluxus sistatur: quo pacto apostemata curetur:
et illati uulneris dolor sedetur: quin etiam uenenis ip-
sis ad multas egritudines salubriter uti didicere: quã
peritiam quis diuinatiõni auferre audeat nescio. Neq;
enim rationi consentaneum uidetur: inde præcogni-
tione quadam ausos unquã aliquos fuisse, tam perni-
ciosa uenena proficuis medicamentis admiscere: Et
quoniam sermo illic: non ioco, sed serio habitus de fa-
bulosis ferarum, hominũq; et fontium monstris quæ

sunt apud indos inscribitur: Hūc quoq; mihi post has
 bendum non putavi. Est enim lucrū aliquod neq; om-
 nibus auditis fidem adhibere: nec omnia rursus tan-
 quā impossibilia aspernari: interrogauit itaq; Apol-
 lonius an apud ipsos inueniretur animal Manticora
 nuncupatū. Tunc Iarcas: Num inquit animalis huius
 quam dicant esse naturā audisti. Conueniēs est enim
 & de ipsius figura ipsos aliquid dicere: immo uero in-
 quit Apollonius quadrupedem hanc beluā esse ferūt,
 eiusq; caput humano capiti assimulari: magnitudine
 uero leonē æquare: habere autem in cauda setas cubi-
 tales spinarum instar: quas contra persequentes sagit-
 tarum modo iaculetur. Interrogauit præterea de a-
 qua auri: quam ex fontibus quibusdam manare perhi-
 betur: & de lapide: qui uim talem: qualem habet ma-
 gnes habere dicitur: tum de hominibus: qui sub terra
 dicuntur habitare: similiter & de pygmeis: & his
 qui pedum plantis sibi ipsis umbras contra solem pa-
 rant: Ad hæc omnia respondēs Iarcas de animalibus
 inquit, aut plantis, fontibusue quos huc ueniens ipse
 uidisti tibi aliquid narrare superuacū est. Tuum est
 enim alijs ea referre. feram uero sagittantem: aut fon-
 tes aureis aquis manantes ego in his locis esse nunquā
 audiui. De lapillo autem qui cæteros lapides ad se tra-
 hit: causa non est, quin credamus, poteris enim ipsum
 uidere lapidem: & quæ in eo sunt cuncta mirari.
 Prima autem summa eius magnitudo, pollicem demō-
 strans, huius digiti unguem adæquat inquit: Gignit
 tur uero in concauis terræ profunditæ passuum quat

69

TERTIVS

tuor. Tantum uero ipsi spiritus inest: ut intumescat: & plerumq; scindatur terra ubi eiusmodi lapis concipitur. Inquirere autem ipsum nemini licet, affusio enim nisi summa cum ratione trabatur. Soli autem nos partim dicentes: partim etiam aliqua facientes inuenire Pantauram possumus. Idenim huic lapidi nomen est. Die igitur ita lucet sicut ignis. Noctu est em̄ et ipse igneus, ac radiosus. Sin uero post diē aspiciatur innumeris rutilatiōibus oculos ferit. Id autem, quod in ipso lumē fulget: spiritus est potētiæ admirabilis: quicquid em̄ prope est ad ipsum cōgregatur: quid autem dixi prope iacentes lapides ipsum congregare: cum liceat petras quotcūq; uelis alicubi mergere, aut in mari, aut in fluuio, et illas non prope. ad inuicem, sed sparsim: utcunq; contigerit: post modum uero hic lapis ad eas demissus sui spiritus distributione omnes colligit ita ut coaceruati lapides tanquam examen apum illi subiaceant. His dictis lapidem simul: & quid efficere posset ostendit: Pygmeos autem sub terra degentes supra gangem posita loca incolere, & sicut fama de ipsis prædicat uis uere, non uanum est. Sciopodes uero id est qui sibi umbram pedibus parant: & macrocephalos: & eiuscemodi mōstra quotcūq; schylacis hystoriæ decantant, nec apud indos nec alibi terrarum usquam uis uere censeo. Aurum uero; quod gryphes effodere dicuntur petreæ sunt aureis guttis minutissimis conspersæ. quas hæc fera rostro discindit. Sunt enim huiusmodi aues in india: et soli sacræ esse prohibetur: easdemq;

LIBER

quadrigæ iungunt: qui solis imaginem apud indos pin-
 gunt. Magnitudine autem, ac uiribus leonibus pares
 illos esse tradunt: et ob petrarum cupiditatem sibi in-
 uicem insidiari: elephantos quoq; ac dracones supera-
 re: uolant autem non multum: sed quantum paruulæ
 aues: Non enim plumatæ sunt: sed rubra pellicula ala-
 rum costæ tanquam digiti connectuntur. Itaq; in gy-
 rum delatæ aliquantum uolare & e sublimi pugna-
 re possunt: solam uero tygrim insuperabilem illis esse
 dicunt: quoniam fugiendi celeritate: qua uictos æqua-
 re dicitur e conspectu a suffugere: Auem quoq; phenicem
 esse percredimus: quæ quingentesimo quoq; anno in
 egyptum ueniens hanc ipsam indiam superuolat: aiunt
 autem unicam tantum hanc auem esse: & ex se radi-
 os emittere atq; auri colore fulgere: magnitudine ue-
 ro formaq; aquilæ in nido considerare: quem prope nili-
 fontes ex aromatibus ipsamet sibi construxit. Hæc ue-
 ro: quæ de ipsa decantât egyptij: quo pacto in egyptû
 deferatur ipsi etiam indi testificantur: sermoni cons-
 sentientes quo dicunt phenici in nido liquefcenti lu-
 gubres hymnos decantari oportere: hoc & ipsum ci-
 gni facere perhibentur: ei qui sapientissimus inter ip-
 sos obtemperantes. Tales Apollonij sermones cum sa-
 pientibus: talisq; conuersatio fuit menses quattuor.
 Tanto enim tempore apud eos mansit: & sermones
 tam arcanos: quam coram alijs habitos omès collegit:
 Postquam uero discedere statuit, ductorem Camellosq;
 cum epistola ad Faraotem, ut remitteret suas erunt
 sapientes: ipsi uero alio duce camellisq; alijs datis ipm

TERTIVS.

dimisere: faelices se: atq; illum propter talem congres-
sum predicantes: eumq; uenerati cum assererent: non
post mortem solum sed uiuentem & pro deo habitū
iri in domos suas discessere. frequēterq; se ad abeūtem
conuertentes: Signisq; multis declarantes inuitos a se
illum dimittere: Apollonius autem dextra qdem gan-
gem: sinistra uero Yphasim fluios habēs ad mare des-
cendit itinere dierum. x. a sacro monte confecto. De-
scendentibus autem strutiones multi occurrerūt mul-
ti etiam boues: & asini agrestes. Leones quoq; ac Pan-
ther. Tigres praeterea: & simiarum genus longe di-
uersum ab his: quas apud piperis arbores inuenerant.
Sunt em̄ hae nigrae uillosaeq; & paruis hoībus similes
Colloquentes autē, ut mos est de his: quae uiderant ad
mare rubrum puenerūt: ubi merces quaedam licet, par-
uae paratae erant & nauigia ad traiciendum idonea
in anchoris stabāt, tyrrhenis nauibus similia: Rubrū
autē mare uehementer ceruleū esse tradunt: Denoiant
autem rubrū, ut ipsi perhibent a rege Eritra. i. rubro:
qui ex suo nomine mare denominauit. Eo igitur cum
puenisset Apollonius camellos retro ad Iarcam cum
huiusmodi epistola misit. Apollonius Iarcā: alijsq; sa-
pientibus gaudere: Cum ego terrestri itinere ad uos ue-
nisssem uos mare dedistis mihi: et sapiam quae in uobis
mecum cōicantes effecistis: ut in caelum etiam possim
ascendere: Ego uero horum meminero: & sermonum
omnium participes graecos reddam: non secus: ac si ip̄i
interfuissent nisi frustra Tantali poculum bibi. V ale
te optimi philosophi: ipse post haec nauem conscendēs

leni uento deferebatur admirans Xfasidis fluminis ostia qui præceps, terribilisque in mare defertur, decurrit enim ut diximus per loca petrosa, angusta, atque prurupta: ubiq; refractus uno ostio, mare ingreditur, pernicioso ad modum, his, qui nauigando nimis um' adhererint. Indi quoq; fluminis ostia se uidisse perhibent, ubi ciuitas posita est, nomine patala: fluenti in-
do adiacens, ubi quoq; conuenisse quendam tradunt Alexandri classem, eiusque gubernatorem ducemque Nearcum: maritimæ artis pericissimum ibidem sepultum asserunt. Quæ uero ab ortagora de rubro mari narrantur: quod illinc scilicet urfa non conspicitur, neque meridiem signare nauigantes possunt quodq; ap-
parentia illic astra ordinem permutant suum, uera esse Danis etiam asserit: Putandumq; est recte, ueresque dicta eẽ secundum eam quæ ibi conspicitur partem: Meminerunt etiam parue insule: quam Bible appellant: ubi maxima conchilia: muricesq; eximia magnitudinis nasci perhibent. Ostrea quoq; petris adnascuntur decuplo maiora: his quæ apud grecos inueniuntur: Ibi etiam capitur in alba testa lapis margarita: quæ in Ostreis locum cordis dicitur obtinere. Attigisse quoq; ferunt Pegadem oritarum regionem, apud quos enea sunt petre, eneaq; harena, cris etiam frustra defferre fluuios asserunt: quapropter & ichtiophagos id est piscibus uiuentes populos inuenisse: qui urbem incolunt nomine stoiuram: ubi ex magnorum piscium membranis uestes intexunt. Ibi que pedes etiam esse pisciuoras: quod ea comedant: quæ

minime naturæ suæ conueniant. Pastores enim pisci
 bus illas alere consueuerunt, sicut in caria ficibus
 easdem pascunt. Indi enim carmani cognominati ge
 nus plane mansuetum: adeo piscosum mare accolunt,
 ut nunquam seruandi causa pisces reponant, neque
 sicut in ponto fit ipso sale condiant, sed ex his quos
 capiunt, paucos quidem uendunt: plurimos uero
 palpitantes in mare demittunt: Adualaras quoque
 ferunt applicuisse: est autem ualara emporium myr
 tis-palmisque abundans. Laurus quoque nonnullas
 illic uideri tradunt. Scatet autem fontibus tota re
 gio Hortique ibidem plurimi sunt omni genere flos
 rum, atque olerum abundantes: portus etiam ma
 xime quieti: atque tranquilli: opposita est autem re
 gioni illi sacra insula: quam seliram uocant: ea fere
 to stadiorum centum a continenti diuiditur: hanc
 tenere dicunt Nereidem deam seuam atque infestam:
 & preternauigantium multos rapientem: quæ nec
 anchoras insule applicare nautas patitur. Dignū quo
 q; extimaui, quæ de altero margaritarum genere tra
 duntur non pretermittere: quando quidem: & ipsi
 Apollonio res uisa est leuis quidem sed auditu iocun
 da: & mirabilium omnium mirabilissima: nam qua
 parte insula pelagus respicit immensa est maris al
 titudo: fert autem alba Ostrea quadam pinguedine
 referta. Lapidem autem nullum producant. In
 de maris tranquillitatem obseruantes aquæ super
 ficie, quasi olei cuiusdam effusione liniunt: quod

LIBER

animaduertentes indi ad ostrea capienda ingrediuntur, ita instructi: paratiq; sicut qui spongas colligunt: est autem his ferreus later & alabastrū unguento: atq; ita prope ostrea confidentes indi ungueto, quasi esca ad fallendum utuntur: nāq; illo p̄fusa ostrea sese aperientia inebriantur. Tunc ferreo stilo perforata quasi sanies quandam emittūt, hanc uenator ferreo latere excipit: qui in uarias multiplicesq; formas concuatus est: ea uero post modum sanies lapidescit: atq; in modum naturalis margaritæ albus ille sanguis obdurescit: & hæc est quæ ex rubro mari colligitur margarita: Huic autem uenationis generi arabes maxime intendunt ex opposito desinentis maris habitantes. Reliqua maris huius pars multis uarijsq; beluis referta est: cetæ etiam illic uagari feruntur: quapropter naues tutelæ causa tintinabula quædam tam a prora q̄ a puppi deferunt: quorum sonitu terre factæ beluanibus non appropinquāt. Post hæc Apollonius socij; fluminis Eufhratis ostia ingressi: & per ip̄m fluiuium nauigantes Babyloniam ad Bardanem peruenerunt: quem talem: qualem antea dimiserant recognoscētes repente in pheniciam abiere. Illinc antiochiam uenientes, cum solito more a ciuibus contumelijs afficerentur, q̄ a græcorum studijs penitus abhorrerent iterum ad mare iuxta seleuciam descenderunt: ubi forte nauigio reperto in Ciprum nauigarunt: & insulam paphum: ubi præclarum est ueneris tēplum: quod ex collaticijs pecunijs extructum admiratus est Apolloni

72
 QVARTVS

us: cunq; multa eius templi sacerdotes edocuisset: atque ut templum sancte pieque colerent esset hortatus in Ioniam nauigauit uir summa admiratione dignus plurimiq; faciendus ab his: qui philosophiam colūt.

PHYLOSTRATI DE VITA
 APOLLONII TYANEI
 LIBER QVARTVS.

Postquam reuersum in patriam Virum: atque ephesum ingredi entem Ionij uiderunt: ne sordidos quidem opifices: ne continu erunt artes: Sed populum omnis uadentem prosequabatur. Alij quidem sapientiam: alij oris formam: alij uiuendi normam: alij corporis habitum: quidam etiam hæc omnia simul admirantes: Sermones quoq; de ipso uarij ferebantur: cum ipsum quidam ex oraculo colophonio illius participem sapientia: Et iam plene, perfecteque sapientem factum uenire predicarent: Alij ex didymeo: alij ex pergameo templo uenire illum assererent: multos enim sanitatem ab oraculo petentes iubebat deus ad Apollonium accedere, sic enim sibi deo placere: fata postulare dicebat. Legationes quoq; ex ciuitatibus ad eum ueniebant, hospitem illum: Et agenda uitæ consiliarium sibi fieri postu-

lantes. Orantesq; ut quo pacto statuæ, aræue dicandæ
essent edoceret. Ipse uero de his omnibus partim per
epistolas respondebat partim eo se uenturum promit
tens : quid interea esset agendum pramonebat : Cum
smirnei legatos misissent: nihil aliud ab eo poscentes
nisi, ut quamprimum ad se ueniret, Legatum inter
rogauit Apollonius quid esset cur sui tantopere indi
gerent. Ille autem uidere te: ac uideri abs te nobis est
opus inquit: cui Apollonius ueniam inquit uos autem
musa illis interim, ut sese inuicem ament concedite:
Et primam quidem ad Ephesios orationem habuit:
stans in templi crepidine neque Socraticorum more
loquens: sed aperte uitia redarguens, atq; detestans
ad philo^{so}phicæ studium illos compellere nitebatur:
quo loco superbiaque plenos inuenit. Choreis etiam,
& saltationibus omnino dediti fistulis tibijsq; om
nia complebant. effeminatisq; uiris tota ciuitas refer
ta erat: Cantibusque omnia loca resonabant: Ipse ue
ro, quamquã Ephesij coram eo talia poneret, aspicere
non dignabatur, eosque grauiter increpabat. Sermo
nes autem plurimos in lucis habuit qui sunt apud xi
stum: ubi cum aliquando de cõmuni concordia dispu
taret, doceretque oportere Ephesios sese mutuo nutri
re, atq; nutriri, passeres forte in arbore quadam taci
ti confidebant, unus autem ex ipsis tanquam alicuius
rei nũtius uocem emisit: qua uisus est aliquid cæteris
predicere: eo audito cæteri clamorem tollentes post
ipsum uolarunt. Tunc aliquandiu tacitus Apollonius,

sciens quidem quam ob causam passerēs uolitaissent nondum tamen auditoribus id enarrās. Vbi uero omnes in se conuersos, & quasi portentum aliquod admirantes aspexit. Tunc rupto silentio sic est locutus. Puer quidam effusum frumentum in arcam manibus demittēs: cum negligenter illud collegisset abiit: multa grana passim in angiporto sparsa relinquens: quæ cum passer ille uenisset cæteris, ut uidistis nuntians inuentum cibum communicauit: his uerbis, permulsi commoti ad hoc uisendū cucurrere: ipse uero his qui manserunt cœptum sermonem de communi societate seruanda prosecutus est. Postquam uero qui uisum irant cum clamore atque admiratione summa reuersi sunt: uidetis inquit Apollonius quo pacto passerēs mutuam de se curam habeant: quantumque communi gaudeant societate: nos autem homines eam colere de dignamur: & quod maius est: si quem boni quicquam cæteris impartientem uiderimus eum prodigiū, aut ambitiosum: aut aliquid eiusmodi arbitramur, qui uero ab ipso nutriuntur parasitos aut adulatōres appellamus: quod si bona alijs communicandi facultas adimatur: quid aliud superest: nisi ut se quisque domi occludens: uelut aues: quas pinguefaciendi causa in tenebris pascimus, usque ad uentris disruptionem pinguescat. Cum pestis Ephesum paulatim inuaderet, neque adhuc tamen satis aperte dinosceretur: prænoscens Apollonius uenturum malum palam id cœpit prædicare: ac plerunque interloquendum dicere solebat O terra similis perseuera mi

nitāsque talia uerba, salua hos, & (non preteribit) ser-
monibus interferebat: Verum Ephesij uerbis eius men-
tem non adhibebant: quasi monstrum quoddam eius
uerba reputantes. Idque eo magis putabant, quo ipse
deorum omnia templa ambiens. id malum auertere,
amouereque nitēbatur. Postquā uero ingrauescere mor-
bus cœpit nihil iam amplius illis prodesse posse arbi-
tratus reliquas Ionix partes peragrauit: quæ male ac
pud quosque disposita erāt dirigens: & aliquid semper
disputans quod audientibus profuturum censeret. Ve-
nienti autem Smirnam, sibi obuiam Iones processe-
re: qui tum forte sacra pro communi Ionix salute ce-
lebrabant cumque decretum legisset Ionum: quo eum
concilij sacrorumque participem faciebant nomenque
in eo inuenisset: haud quaquam Ionicum: erat enim
Luculli cuiusdam nomē appositum: Scripsit ad cōmū-
ne concilium epistolam de huiusmodi barbarismo il-
los redarguens, quod fabricium: & alia huiusmodi no-
mina, in eorum decretis inueniret. Quam uehemēter
igitur grauiterque, hac de causa illos redarguerit ipsa
epistola super hoc scripta demonstrat: Postridie uero
ad Iones reuersus curnam crater in medio positus es-
set interrogauit: Cumque pro cōmuni salute respondi-
sent: ipse quoque ex illo hauriens libauit, dicens dij pre-
fides Ionum date huic præclare colonix: ut placato
mari uti possit, terra uero nihil malum, aut eidem no-
xium pariat: aut egeon concussor illorum quatiat ci-
uitates: Hæc Apollonius precatus est iam, ut opinor,
imminere preuidens: quæ posteris tēporibus Smirne.

Mileto chioq; & samo alijsq; Ioniae ciuitatibus con-
 tigare: Cum uideret Iones bonarum artiū studijs de-
 ditos summaq; industria illis incumbentes oratione
 eosdem cohortatus promptiores ad prosequenda stu-
 dia reddidit: iubens magis erga se ipsos: quam erga ur-
 bis ornatum prudentiam exercere: quamuis enim urbs
 pulcherrima sit omnium, quæ sub sole reperiantur,
 aut pelago abluatur: aut zephyri fontes possideat: p̄-
 stantius tamē esse illam studiosis uiris coronatam es-
 se: Aedificia nāq; eodem in loco semper manent, nec
 alibi usquam: quam ubi exstructa fuerint uideri pos-
 sunt, boni autem uiri ubiq; uidentur: ubiq; locantur:
 & ciuitatem ex qua orti sunt magnam & preclarā
 esse ubiq; demonstrant: quocunq; terrarum peragra-
 re potuerint: Dicebat quoq;: pulchras urbes bonis ci-
 uibus carentes iouis olimpij simulachro a phidia com-
 posito simili. Id enim inquit immobile ubicūq; ar-
 tifici placuit permanet: Viri autem ubiq; terrarum
 peragrantes ab Homerico ioue nihil differūt: qui sub
 uarijs formis ab homero inducitur multo admirabili
 or eo: qui ex ebore fabricatus est. hunc enim in terra
 tantum apparere: illum uero quācunq; cæli partem
 percurrentem mente & imaginatione comprehendit.
 Præterea quo pacto ciuitas tutissima permanere pos-
 sit, una cum smirneis philosophatus est: cum illos in-
 ter se dissidentes conspexisset: dicebatq; recte se habi-
 turam ciuitatem seditione cuiusdam concordie indig-
 gere: quæ cum sibi ipsi repugnans sententia uideretur
 animaduertens. Apollonius hūc sermonem ab eorum

LIBER

plerisq; non intelligi, album inquit, & nigrum uinū
 fieri idem nunquā possunt: neq; amarum dulci recte
 commiscetur, concordia uero quandoq; dissentiens sa-
 lutem ciuitatibus affert: Quod autem dico tale quid
 est. Seditio, quæ ad gladios mutuasue plagas ciues de-
 ducit a ciuitatibus exterminanda penitus est. Ciuitas
 enim pace puerorum alumna & legibus & uiris in-
 diget: a quibus & uerba, & actiones prodeunt. Mu-
 tua autem ciuium emulatio pro communi ciuitatis
 bono, ceu, q̄ alius alio melius consilio, sententiam dis-
 cat: aut magistratum rectius gerat: aut preclarius les-
 gatione fungatur, aut etiā splendidiora construat æ-
 dificia: aut in aliquo huiusmodi excellat: talis in quā
 contentio aut emulatio ciuitati plurimum confert.
 Licet inter se ciues pro communi bono faciat dissi-
 de re. Neq; uero sum nescius huiusmodi studia pro salute
 ciuitatis Lacedemonijs quondā inutilia uisa esse: q̄p-
 pe qui bellicis dumtaxat operibus incumbentes, in ea
 re tantummodo laborabant: idq; solum in precio ha-
 bebatur: Mihi uero optimum esse uidetur: ut quisq;
 quod scit: atq; efficere potest id agat. Nam si quis in
 gubernando populo mirabilis euadet: alius autem sa-
 pientia ualebit alius autem in cōmuni acquiret, alius
 bonus, mitis et benignus extimabitur, ecōtra alius se-
 uerus et erroribus ueniā non tribuens alius in oibus
 ignoscens reputabitur, optime arbitror sese ciuitas
 habebit stabiliusq; consistet. Dum hæc loqueretur ar-
 meniorū nauē portū ingredientē: et nautas p̄ nauē fir-
 manda uarijs opibus implicitos cōspicatus est. Cōuer-

Q V A R T V S .

sus igitur ad eos, q̄ aderant uidete inq̄t: eius nauis popu-
 lū: quo pacto alij lembos cōscendūt cū sint remiges:
 alij uero suspensas ancoras demittūt: alij, uela contra-
 hunt: alij ex puppi, aut pra qua factu necessaria sunt
 prospiciunt: q̄ si quis horum suo operi peragendo de-
 fuerit, aut temere negligenterue qd̄ agendum est fue-
 rit p̄secutus, male sese nauis haberet: et ipsimet quasi
 p̄cella quādā nauim lederēt: Verū si emulatione qua-
 dam iter se certātes laborabūt nequis altero deterior
 in suo ope uideatur recte, p̄beq; in portu nauis firma-
 bitur: p̄spereq; cū laticia tota nauigatio peragetur,
 eorū in cōsultando rectitudo tantū ipsis p̄derit, quan-
 tum si neptunus tutelā, securitatēq; polliceretur. His
 atq; huiusmodi alijs orationibus smirnā in cōcordia
 beniuolētiaq; cōtinuit. Cū morbus grauiter ephesum
 inuasisset nec ullū sufficiens remediū inueniretur les-
 gatos ephesi ad Apolloniū miserūt: tanti mali reme-
 diū ab eo deposcētes, ipse uero nō differēdā eē p̄fectio-
 nem arbitratus eamus inq̄t: breuiq; tpe ephesum dela-
 tus est: ibiq; idē opus operatus est qd̄ olim Pythagorā
 apud thurios Metapōtinōsq; fuisse perhibēt, uocatis
 nāq; in cōcionē ephesijs cōfidite inq̄t uiri: hodie nāq;
 hāc pestē amouebo. His dictis uniuersam turbā ad the-
 atrū duxit ubi p̄ malis depellēdis sacrificia fieri cōsue-
 rūt: ubi senē quēdā mēdicāti similē inuenere: q̄ arte qua-
 dā oculis cōnuebat: et perā gestabat paniceis frustis
 refertā. Lacera aut̄ attritaq; ueste amictus erat: et ro-
 to corpe sordidus: huic ephesios circūponens Apollo-
 nius cedite lapidibus inq̄t hūc deorū inimicū: admirāti

bus aut ephesijs eius dicta: et inhumanū crudeleq; cen-
 sentibus peregrinū hoīem tam misera cōditione degē-
 tem interficere: humillime praesertim pro salute sua
 deprecantem: multa pro captanda misericordia Lo-
 quentem instabat Apollonius ephesios cohortans, ne
 diutius illum uiuere permetterēt: cunq; iam aliqui la-
 pides in illum iacerent adstantes: respiciens Apolloni-
 us igne plenos oculos illum habere mōstrauit: quo uis-
 so agnouerunt ephesij demonem esse, tantoq; studio
 ipsum lapidarunt ut breui spacio magnum lapidum
 tumulum super ipsum coaceruarent. Paulum deinde
 moratus Apollonius auferri lapides iussit, ut feram
 quam interfecissent agnoscerent: Cumq; ita detexis-
 sent, nudassentq; corpus, quod se lapidibus cecidisse
 putabāt ille quidem euauerat. Canis autem tanquā
 molossus conspiciebatur magnitudine tanta, quanta
 maximi leonum esse solent: talis itaq; lapidibus attri-
 ta bellua spumam: quasi rabidus canis ab ore emitte-
 bat: Quis quidem modus fuit: quo ephesios expiauit
 & morbo liberauit. Ephesij autem statuam Herculis
 eo loco erexerunt ubi monstrum illud lapidibus obru-
 tum fuerat: Liberatis a peste ephesijs Apollonius cū
 iam satis in ionia mansisse sibi uideretur, in grāciam
 transire constituit. Itaq; pergamum ueniens in escu-
 lapij templo constitit: his qui deum adoratum uenie-
 bant consulens quo pacto possent quae a deo somnia
 peterent impetrare: ipse etiam plerisq; malorum res
 media monstrabat. Post haec in grāciam migravit om-
 nemq; illorum ueterem sapientiam edoctus ad Acheo

Q VARTVS.

rum sepulchra uidenda profectus est. Ibi multa de illis locutus, multisq; sine sanguine, tamen sacrificijs peractis, socios ad nauem redire iussit; ipse uero apud achillis tumulum pernoctare constituit. Cūq; illum socij ab incepto deterrerent dicerentq; non, sicut geminos aut fedimos quibus cum iam iam locutus fuerat Apollonius: sed terribilem uisu horrendumq; apparere. Sic enim aiebant: qui apud illum uersabantur Ego inquit Achillem congressu sermoneq; plurimum gaudere compertum habeo. Quippe qui pylum Nestorē tam ualde coluit: a quo semper aliquid preclarū audire se gloriabatur. Phenicem uero alumnū, & pedagogum appellabat: quoniam uarijs illius sermonibus delectaretur: & Priamum quāuis inimicissimū mansuetissime aspexit: ubi loquentem illum audiuit, Vlixem etiam ab eo dissentientem adeo modeste suscepit, ut Vlixem benignus potius, quam terribilis uideretur. Clipeo namq; & galea ut aiunt grauiter minaci aduersus troas, ut puto, utitur: memor eorum quæ ab ipsis armatis pro connubio passus est: Mihi uero cum iliensibus nihil est commune, iocundiora insuper secū loquar: quam olim eius amici loqui consueuerint: quæ si me ut dicitis interfecerit cum mennone cygnoq; iacebo: & me forsitan caua fossa uelut hectorem Troia sepeliet. Hæc ad amicos partim ioco: partim serio locutus Apollonius ad tumulum solus accessit. Socij uero ad nauem rediere: iam die in noctem declinante. Ipse uero postea diluculo ad eos ueniens: ubi nam est

inquit Antisthenes parius? Is uero septimo iam die, ab ilio secutus fuerat Apolloniū, cūq; uocanti respondisset antisthenes, nonne inquit Apollonius ex Troia uenisti: certe inquit ille, sum enim antiqua origine ex Troianis ortus: an etiā de Priami stirpe inquit Apollonius: ex hac ipsa profecto respondit antisthenes. Itaq; inde natus, & ipse bonus sum, & ex bonis ortus. Recte igitur inquit Apollonius prohibuit Achilles ne qua ratione tecum uersarer: Cum enim iussisset me thesalis aliqua nuntiare: in quibus grauiter eos accusat: Egoq; mandatis acceptis abiens interrogarem an aliud quippiam sibi gratū efficere possem, potes inquit: Id autem est, ut adolescentem parium tua sapientia non impertias: est enim ex Priami stirpe oriundus, et Hectorem, laudare nunquā cessat: His auditis antisthenes, quāquam inuitus nolensq; ab Apollonio discessit: cum iam dies illuxisset, & uento a terra perflante naui discessum pararet, ingens turba ad nauim, quāuis parua esset confluxerat, Omnes enim in eadem cū Apollonio naui deferri uolebant, erat enim autumnus tempus: quando maris infida, & instabilis tranquillitas esse solet. Cuncti uero tempestatem & ignes quicquid est difficillimum ab Apollonio uinci posse arbitantes et propterea secū esse cupientes: rogabat, ne se navigationis comites assumeret: Sed cum multitudo hominū capacitātē nauigij excederet, maiorem aliā nauim cōspicatus: multæ enim circa aiacis tumulum uersabatur, Illam inquit o Socij conscendamus:

77
QVARTVS.

pulchrum enim est cū pluribus seruari: Inde troycū
 circūuectus promontoriū: ad eoliā, quæ contra lesbū
 posita est iubet gubernatorem cursum dirigere: ita ut
 uersus methymnam magis applicaret: illic enī Achil-
 les dixit positum esse Palamedē, ibiq; eius statuam es-
 se cubitalem, seniorē imaginem referentē quam re uer-
 ra ipse fuerit Palamedes: His dictis, cū iam ad locum
 peruenisset e naui descēdens ueneremur inquit o græ-
 ci præstantem uirū: per quem omnis sapientia consis-
 tit. Sic enī ipsis acheis meliores erimus: si uirtutis cau-
 sa eū uirum coluerimus: quē ipsi iniuste et indicta cau-
 sa interfecere. Hæc audiētes reliq; græci e naui descēde-
 runt, ipse uero sepulchrū inuenit iuxtaq; illud statuā
 obrutā: erat autē in statuæ basi iscriptio scripta hmōi-
DIVO PALAMEDI. Apollonius igitur statua in p-
 pria sede locata ut se se oculis uidisse testatur damis.
 Locoq; circa sepulchrum purgato tantū sacrauit soli
 quantū conuiuæ decem epulātes occuparent: inde pre-
 ces effudit huiusmodi. Obluiscere Palamedes iracun-
 diæ: quam olim aduersus Acheos cōcepisti per mitteq;
 ex eis multos sapiētes fieri uiros optime Palamedes:
 per quem sermones: per quē musæ: per quem ego ipse:
 post hæc in lesbū traiciens Orphei aditū intrauit.
 ferunt autē Orpheū illic dedisse respōsa, quousq; sibi
 ab apolline cōcessum fuit. Cū. n. neq; in gryneū, neq;
 in clarū, nec usquā alio ubi tripodes essent oracula pe-
 titū accederent homines: et solus Orpheus consulens
 tibus responderet, cum nuper ex thracia caput eius ad-
 uectū esset superstans apollo desine inquit quæ mea

LIBER

Sunt occupare, iam satis enim te canentē pertuli: post hæc cum per mare: quod Iesbo. euboicæq; adiacet nauis garent de quo Homerus seuissimum, nauigatuq; difficillimum esse narrat. Serenitas erat: & maris præter anni tempus summa tranquillitas: Quapropter qui in nauis erant de insulis quæ plurimæ famosæq; nauis gantibus occurebant de nauicularia insuper & gubernatoria facultate cum Apollonio loquebantur: quæ eiusmodi sermones nauigantibus conferre uiderentur. Sed cum damis sermonum alios tanquam parum dignos calumniaretur alios interpellando rumperet: partim uera interrogare uolētes prohiberet, animaduertit Apollonius ipsum de rebus alijs colloquium exoptare: ita ad eum conuersus: quid hoc est inquit damis: quæ loquentium orationem interrumpis: quod non propterea te facere constat: quia intenti sermonibus nauis minus officio suo funguntur. Vides enim quo pacto mare nauigio subsidet: & quam trāquille quieteq; uehamur: Quid est quod moleste feras: Tum damis indignor inquit et iure quidem, ut opinor, quia cum de re maxima: & scitu digna sermo instet, de qua interrogare convenientius fuerat, nos tamen de rebus uarijs, & iam uetustate contritis loquimur: & quis inquit Apollonius sermo est: de quo audire aliquid cupis: et quo cæteros inferiores minusq; narratu dignos existimas? Tu inquit damis cū Achille locutus Apolloni multa, ut arbitror audisti memoratu digna & nobis ignota: nihil tamen eorum adhuc retulisti, nec Achillis imaginem, qualis esset expressisti, præterna

Q V A R T V S .

uigans autem insulas, & opera nautica designas. Tūc Apollonius nisi inquit dubitarem, ne multa iactanter fingere uiderer omnia uobis iam pridem enarrassem cum autem omnes ut narraret precarentur: & se libenter audituros ostenderent: Ego inquit Apollonius non sicut Vlixes terram effodiens, neq; fuso agnorū sanguine ipsum alliciēs cum Achille locutus sum: sed omnes adhibui p̄ces quas pro placandis heroibus dicī sacerdotes indorum iubent. O achilles inq̄ te commūnis hominum fama mortuum asserit: quorum ego sermōibus non assentior, nec etiam sapientiæ meæ parens Pythagoras, propterea si uera sentimus ostende mihi queso imaginem tuā: Ego nāq; oculos meos plus rimi faciam: si ipsis testibus de tuo conspectu contigerit uti: Hæc ego cum dixissem parumper fumulus intremuit: & iuuenis quidam apparuit statura cubitorum quinq; chlamyde thessalica indutus: species autē nequaquam iactatoris esse uidebatur: qualem pleriq; Achillem fuisse perhibent, sed aspectus eius grauem quandam præ se comitatem ferebat: pulchritudinem uero eius nondum pro rei magnitudine satis dignum laudatorem sortitam esse iudico: quāuis multa ab Homero de ipsa sint decantata: ego enī inenarrabile ipsam esse censeo & dicentis cuiuscūq; uires excedere: Cum itaq; quātus primo apparuisset rep̄tē in duplā excresceret magnitudinem uisus est ita, ut cubitorum xij. magnitudinem implere mihi uideretur, Vbi autē ad perfectam uenit magnitudinem pulchritudine pariter, cū magnitudine aduētus comā nunq̄ totondis-

se dixit: Sed intactā amni sperchio conseruasse q̄ Ho-
 merus eo primū flumine uisum fuisse diceret, eius ge-
 nē, tunc prima lanugine florebat: Tum noiātim me
 compellans: plibenter inquit te cōueni, iam dudū quē-
 piam talem uirū queritans: Thesali consueta mihi fie-
 ri sacra iam dudū omiserunt, nō tamen illis adhuc ira
 sci uolui: Nā si contra eos iracundiā meā exercuissem
 iādudum magis pditi essent, q̄ græci, qui quondā hæc
 loca incoluerūt: Amice aut̄ illis consulo ne nobis erga
 sacra iniuriā afferant: neue se troianis deteriores gre-
 ci argui patiantur: q̄ cum ab eis uiros præclarissimos
 abstulerim: publice tamē sacra faciunt, & āni primi-
 tias mihi cōsecrantes cōditiones petunt: quas ego nun-
 q̄ illis sum daturus: peieratio enim aduersus me facta
 nō sinit antiquum iliū in pristinā formā restitui, nec
 uigorem recipere: quē olim maximū habuit: sed hoies lo-
 cum habitabūt nihilo meliores: q̄ qui illud ip̄um q̄nq;
 cœperūt: Ne q̄d igitur tale cōtra thesalos facere cogar
 Legatus hæc ad cōe illorum cōcilium deferēs. Faciam
 inquit Apollonius. huius enī legatiōis cā est ne fundi-
 tus peant, ego aut̄ q̄d abs te petam o Achilles? Intelli-
 go q̄d uelis inquit ille. Times enī de rebus apud Troiā
 gestis interrogare. Verū ego tibi q̄nq; interrogatiōes
 interrogare pmitto, quascūq; uelis, modo fata de ip̄is
 r̄ndere non prohibeāt: Hoc ego sermone confirmatus
 primū interrogauī: an iuxta poetarū dicta sepulcrum
 habuerit. Tunc ille iaceo inquit, ut mihi Patrocloque
 iocundissimū fuit: cōuenimus enim admodū adolescē-
 tes, ambos aut̄ tanquā unū urna aurea iacentes conti-

79
QVARTVS.

net. De musarū uero & Nereidū lachrymis, quas erga me fusas esse hoies phibent, hoc scias uelim, musas oīno nunq̄ huc uenisse, Nereides aut̄ nūc et frequēter accedere. Post hęc rursus interrogauī, an eius cā iugulata Polyxena fuerit. Ipse autē uerum esse r̄ndit illam apud eius tumulū fuisse iugulatā nō inuitā t̄n neq; a græcis, sed ip̄a sp̄ote iqt̄ ad tumulū ueniēs: cū amoris quē erga me summū hūerat mēinisset erecto gladio icubuit: Tertio quæsiui an unq̄ ad Troyā helena uenisset aut ita fingere Homero placuerit: Tūc Achilles lōgo īquit tpe decepti fuimus: cū legatos ad Troyā misimus tū etiā cū pro ipsa apud ilium bellum gereremus: ipsa uero in egypto habitabat apud Protheum cū tamen a Paride rapta fuisset: postquam ueroid rescuimus bellum, pro ipsa apud Troyam gerere perseuerauimus, ne turpiter illinc, ignominioseque discederemus:

Quarto sic interrogauī dicens me uehementer mirari quod tot tantosque uiros eodem tempore græcia tulerit quales quātosq; circa Troyā cōuenisse scribit Homerus: Ad hęc Achilles: nec Barbari inqt̄ numero uirtuteque uirorum multo nobis erāt inferiores usq; adeo p̄ id t̄pis uirtus in terra florebat. Quinto loco interrogauī, quāobrem Homerus Palamedē aut ignorauit aut cognitū in sermōe sepauit. Ad hęc Achilles Si Palamedes inqt̄ ad Troyam non uenit, nec Troya unquam fuit. Sed quoniam uir sapientissimus bellicosissimusque, ut Vlyxi placuit interfectus est, non inducit ipsum in poemate Homerus, ne Vlyxis opprobria narrare cogatur: Ingemuitq; illius cau-

LIBER

sa Achilles maximum ipsum. & pulcherrimum & i
 prima iuuenta bellacissimū fuisse dictitans: Modestia
 uero ceteros superasse: & musarū studijs uehemēter
 fuisse deditum. Sed tu inquit Apolloni: est enī sapien
 tibus uiris erga sapiētes affinitas quaedam Palamedis
 Sepulcrū cura: eiusq; statuā turpiter deiectam suo lo
 co restitue: iacet aut in eolide secus methymnā quæ in
 leibo est: Hæc cum dixisset: & quæ de adolescente pa
 rio supius narrata sunt fieri mādasset mediocri ful
 gure emisso discessit iā enī gallorū cantus audiebatur
 & hæc quidem dum esset in naui narrauit Apolloni
 us. Digrediēs inde in pyreū mysteriorum tēpore quæ
 summa totius græciæ frequētia athenienses celebrant
 in urbem uenit: pcedens autem philosophos complu
 res inuenit: qui in phalereū descenderāt quorum aliq
 nudatis corporibus ad solem sese calefaciebāt. Est em̄
 athenarum ciuitas autūni tempore ad solem bene ex
 posita. Nōnulli aut legendis libris incumbebant: quī
 dam orando sese exercebant: alij uero differendo, quid
 in quaq; re ueritatis esset ingrebant, nemo tamen ad
 ipsum accessit, Sed coniectantes Apollonium esse, in
 eum uertebantur: & late ipsum salutabant. Adole
 scentes uero .x. simul obuiam illi currentes: & manus
 simul ad arcem tendentes: per ipsam dixere palladem
 nos paulopost ucire in Pyreum statueramus: ut ad te
 in Ioniam nauigaremus. Eos humane, benigneq; su
 scepit Apollonius dixitq; se uehemēter philosophati
 bus congratulari. Erat forte epidauriorum dies: Epi
 dauria autem sacra: quæ athenis, celebrantur, & noie

QVARTVS

Sacerdotum cultu similia sunt his: quæ in epidauro
 fiunt: Athenis autem: ut sermo, sacrificia illa celebrari
 consuetum est: quod esculapij causa statuerunt: quem
 aliquando iam peractis mysterijs ex epidauro uenien-
 tem sacris iniciarunt: Cum plurimi Apollonio circū-
 stantes curam sacrorum omitterent, magisq; de illo
 uidendo, audiendoq; quam de se expiandis eēt solli-
 citi: Ipse ad eos conuersus aliasq; collocuturum pol-
 licitus: tunc sacris operam dare illos iussit: & se sa-
 cris iniciari uelle dixit. Verum sacrorum antistes: quē
 illi Ierophantum appellāt illum sacris admittere no-
 luit asserens, nunquā se iniciaturum esse hominem in-
 cantatorem, & demonibus non liberum. Apollonius
 nihil propterea deiectus animo, maximum inquit eo-
 rum in quibus ego accusari possem omisisti: quod cū
 de sacris, arcanisq; mysterijs multo plura: & secretio-
 ra, quam tu cognoscam: tamen ad te, tanquam sapiē-
 tiorem iniciandus accesserim. Cum omnes qui aderāt
 responsionem illam constantem, aperteq; factam lau-
 darent, & sacrorum antistes odiosum se molestumq;
 omnibus esse animaduerteteret: quod illum sacris pro-
 hibuisset, mutata uoce, iniciare inquit: uir enim sapi-
 ens esse uideris. Tunc Apollonius ego certe paulopost
 iniciabor, & digito quendam ex circumstantibus no-
 tans: Ille inquit me iniciaturus est. Diuinatione qua-
 dam præmonstrans eum: qui antistes templi futurus
 erat, quod post annum quartum euenit. De orationi-
 bus autem: quas plurimas athenis habuit eas dūtaxat
 se scripisse. Damis narrat: quæ magis necessarie de re

LIBER.

bus grauioribus habitæ sunt. Et quoniam athenienses
 amatores sacrorum eē cognouit primo de sacrificijs
 differuit: ostēdens: quod cuiq; deo sacrificium propri-
 um esset: quaq; diei; aut noctis hora sacrificari oport-
 teret: & rursus cuiam deorum hostijs, aut libationi-
 bus: aut supplicationibus esset sacrificādum. Inueni-
 tur etiam Apollonij libellus: in quo uerba ipsa posita
 sunt: quibus ad horū singula peragenda utendum est:
 Quæ quidem cum pro scientia humanitateq; illa a-
 thenienses edocuerit: tum accuratius id fecit: ut Anti-
 stitem redargueret eorum quæ sibi cōtumeliose: teme-
 rarieq; obiecerat. Quis enim a demonibus liberum
 non putet hominem de cultu religioneq; deorum phi-
 losophantem? Cum de libationibus faciendis aliquan-
 do disputaret Forte adolescens aderat mollis, ac deli-
 tijs fluēs, adeoq; lasciuius, ac petulās, ut ama-
 tibus incantatus uideretur. Erat autem patria corcy-
 rensis: genus uero in pheacem alcinouum Vlyxis hospiti-
 um referebat: De libatione igitur, ut diximus dispu-
 tans Apollonius iubebat. hoies tali, aut tali potiōe ab-
 stinere: & eam intactam purāq; dijs imortalibus cō-
 seruare: Cūq; dixisset potionem quandam auribus eē
 sacrificandam: eiusq; libationem per aures faciēdam
 cum ea corporis parte hoies bibere non possint, Ado-
 lescens, in cachinum prorupit tam profuse ridens: ut
 omnes: qui aderant in se conuerteret. Tunc illum res-
 piciens Apollonius, non tu inquit hanc mihi contu-
 meliam affers, Sed demō qui te inscium hoc pacto ue-
 xat: Detinebatur autem demone adolescens: & de

QVARTVS

his plerūq; ridebat: de quibus alius nemo risisset: quā-
 doq; autem in clamorem risum uertebat: cū nulla sub
 esset exclamandi causa: interdum secum ipse loqueba-
 tur, aut cantabat. Horum omnium luxuriosam &
 mollem uitam esse causam homines arbitrantur. Sed
 adolescens demonis personam premens ita bachaba-
 tur sicut respiciens illum Apollonius bachari furere
 q; cogebat, nunc enim timentis: nunc irascentis uoces
 idolum emittens: & quales eorum esse solent, q; igne
 alioe tormenti genere torquentur: Iurabat se adoles-
 scentem dimissurum: & in neminem alium intratu-
 rum. Apollonius autem uerbis in eum utebatur: qui-
 bus domini contra seruos uanos, ac futiles uti solent
 scelestum in super impudentemq; ipum appellans mi-
 naciter, iracūde iubebat, ut signo aliquo sui discessus
 edito adolescentem relinqueret: ipse uero statuā quā-
 dam se deiecturum dixit, unam denotans: quæ in por-
 ticu regia, iuxta quam talia fiebant posita erat: His
 dictis ea statua tum paulum primo nutans decidit: et
 simul tumultus ingens auditus est: Quāto autē stupo-
 re admirationeque omnes comprehensi fuerūt super-
 uacuum arbitror enarrare. Verum adolescens, tanquā
 e graui somno excitatus, oculos frequenter, uibrabat
 ad radios solis faciem uertens: uerecundia etiam per-
 fusus: quod omnes in se respiciētes animaduertit, nec
 ulterius petulans apparebat, neque torue sicut antea
 aspiciens: sed in propriam naturam reuersus, non ali-
 ter, q; si medicamentū aliqđ pro recipiēda salute bibis-
 set: tū uersicoloribus ac mollibus uestimētis cæterisq;

LIBER.

delitijs depositis parcitatem uictus: & uille pallium
 complexus est: seq; ad Apollonij uitam moresq; cōtus
 lit: Dicitur etiam Apollonius Athenienses increpasse
 propter bacchanalia, quæ mense nouembri celebrant.
 Ipse enim simplices cantus: aut modulationes quas
 dam numerosas in theatro audituros conuenire puta
 bat: quales comediarum, tragediarūue cantus esse so
 lent: Sed postquam audiuit ad sonum tibie illos sal
 tare & inter Orphei carmina, thelogiamq;, alios he
 rarum alios nympharum alios baccharum habitu oro
 natos procedere, grauiter eos increpuit desinite inqui
 ens salaminios tripudiando imitari: & huiusmōi ali
 os abiectos hoies: Si enim laconica quædam esset hæc
 tripudiandi ratio concederem: atq; ipse quoq; salta
 rem: habet enim illa militare quiddam, & corpora
 ad bellum exercet: Hæc autem mollis effœminataque
 saltatio quid habet cum trophis cōmune? neq; uero
 cōtra medos, psas ue sed cōtra uos ipos. q; ea instituitis
 uenient, si ea permanere sinetis: coccineæ, atq; etiam
 purpureæ, Croceæq; uestes, unde a uobis sumptæ? cum
 neq; acarnaneæ mulieres ita exornentur, neq; tã mol
 liter colonus equitauerit. Sed quid ego talia cōmemo
 ro: cum mulier caria Xersis temporibus nauis cuius
 dā præfecta contra uos nihil habens nauigauerit mus
 liebris ornatus. sed uirili stola & armis istructa: uos
 autem molliores estis quam Xersis fœminæ: eosdem
 geritis ornatus, senes pariterq; iuuenes: quos persas
 rum impuberes gestare solent: quondam tamen in ag
 ro pugnaturi iurastis pro patria potius esse moritū

12

Q V A R T V S.

ros: nunc autem, ut puto iuratis uos pro patria bac-
 chaturos: & thyrsum sumpturos: qui enim & galeā
 ferre non potest: & formam imitatur muliebrē: ut
 inquit euripides is turpiter ornatur. Audiui etiā uos
 uentos fieri, & lydiam agitare suppellectilē, in ma-
 gnos sinus ipsam attollētes. O portet autem ipsos ues-
 nerari, presertim, cum socij uestri sunt, & pro uo-
 bis maxime spirēt, neq; boream affinem uestrum: qui
 maxime uentorū omnium masculus est: fœminam fac-
 cere decet: neq; enim ipse boreas Orythiam amasset, si
 eam uidisset tripudiantē. Alius insuper error athenis
 emendatus est. Cōueniēs enim populus in theatro: qđ
 in arce est gladiatores sese mutuo iugulantes specta-
 bat: magis ibiq; tunc talia exercebantur: qđ nunc corin-
 thi fiat: Nam magnis pecunijs empti nequā homines
 eo deducebantur, ceu scortatores & fures: & mar-
 superiorum incisores: et seruorum captatores: aliq; hu-
 iusmodi generis homines. Athenienses uero illos ar-
 mantes, certare simul iubebant: Hanc itaq; tam crude-
 lem consuetudinē illis abstulit Apollonius. Cū enim
 illum in contionem uocarent athenienses, negauit se
 locum pollutum: & cruore manantem intrare uelle.
 Idemq; per epistolam scripsit dicens mirari se iā du-
 dum. qđ arcem dea non deseruerit cum uos tantum an-
 te oculos eius humani sanguinis effundatis: Videmini
 enim postquā festa: quæ Panathenea dicitis celebra-
 ueritis, non boues in sacrificio: sed homines mactare.
 Tu etiā o Bacche quo pacto post eiusmodi Sanguinē
 in theatrum uenis: ubi sapientes Athenienses libando

LIBER

tibi sacrificant:abi igitur: & tu Dionysi:purior em̄
 sanctiorq; cythero est:Hec sunt quæ memoratu digna
 putauī ex his:quæ tunc athenis philosophatus ē Apol
 lonius.Post ad thesalos legatus ab Achille profectus
 est:cū illi conuentū in pylea celebrarent ubi amphyr
 ettonica etiam peragere consueuerūt.Thefali itaq; au
 ditis quæ ab Achillis nomine ab Apollonio nuncupa
 bantur decreuere: ut circa sepulchrum eius consueta
 facta instaurarentur.Leonide quoq; spartiate statuā
 amplexus est Apollonius ob amorē:quem erga uirum
 talem gerebat.Veniēs autē ad tumulum, Vbi sagittis
 confossi lacedemonij perhibentur,familiares suos in
 ter se dissidentes,dissputātesq; audiuit: Quis nam to
 tius græciæ locus esset altissimus:Huius autē disputa
 tionis occasionem dederat mons Oetha ante eorū ocu
 los positus:Conscendēs autē:quem diximus tumulum
 Apollonius:ego inquit hunc omniū altissimū censeo:
 qui in eo libertatis causa occubere æqualem illum oe
 tha reddiderūt:et supra plures olympos illum extule
 runt:ego autem uiros istos colo,& ueneror,& cum
 ipsis una acarnanem megestiam:quæ n. illos pro pa
 tria pertulisse audiuit:eorūdem se fieri participem
 exoptauit.Peragrauit etiā Apollonius totius græciæ
 templa,& oracula. Accessit nāq; ad dodonei tēplū:
 & Pythicū, amphiarai quoq; trophonij templa ui
 dit,Ascēdit etiam ad musarū templum in elicone po
 sitū:cūq; singulorū templorū sacra perquireret:& si
 qua opus esset emēdaret:tēplorum sacerdotes secū p
 ficiſcebātur:et familiares eius:quos dulcedine sermo

03
 QVARTVS.

num uoluptateq; saturabar: Cum ludorū olympiorū
 tempus instaret heliensesq; ipsum per legatos ad cō-
 munione certaminis inuitarent, uide mini mihi inqt
 Apollonius olympiorum gloriam diminuere: qui les-
 gationibus auertere temptetis eos: qui sponte sua eo
 sunt profecturi. Cum in isthmo constitisset aliquan-
 do, & mare lecheo portui circumpositum mugiret: is
 inquit terre uertex scindetur forsità: ego tamē magis
 credo nō scissim iri: Hæc aut dixit iam prænosces sien-
 dam isthmi sectionē: quā post annos septē facere cogi-
 tauit Nero: q; relicta regia in græciā uenit pconijs oli-
 pijs pythijsq; se subiciens: quis isthmia etiam uicerit:
 erant autem eius uictoriæ cytharedorum et preconi-
 uicit etiā tragedos i olympijs: et tūc de isthmo rescin-
 dēdo dicitur cogitasse: ut ipm nauibus puiū redderet,
 atq; adriaticū egeo misceret, ne naues oēs supra male
 am nauigarēt: sed multe p eū: quē scidisset locū uehe-
 rētur nauigatois circuitū euitātes. Hoc aut Apolloniū
 uerba significabāt: q; scissio a lecheo corinthiorū por-
 tu incepta stadia ferme q̄ttuor cōtinēter pcessit. Des-
 stitit aut ab iceptis Nero: ut qdā tradūt: q; egyptij phi-
 losophi dixerūt fore: ut cōmixta maria et diffusum q;
 circa ē Lecheū pelagus eginā delerēt. Alij q; inouatōes
 aliq; erga iperū timuerit: Tale igitur fuit: qd de isth-
 mi scissioē pdixit Apollonius fore ut scinderetur: uel
 forsità nō scinderetur. Erat eo tpe corinthe phūs, noie
 demetrius omnē cynicorū disciplinā cōplexus. Cuius
 fauorinus in suis orationibus honorifice meminit.
 Is cū erga Apolloniū ita esset affectus: sicut olim ans

tisthenem erga Socratis sapientiã ferūt fuisse disposi-
 tum: Discendi causa Apolloniũ sequebatur: eius uero
 ba diligenter obseruãs amicos in super familiare sq; su-
 os ad audiendũ Apolloniũ cõpellebat: Inter quos fuit
 Menipus lyctius: años natus circiter .xx. et quinq; In-
 genio satis potens corpe uero egregie exercitatus: ita
 ut formosi athletæ liberalisq; speciẽ prese ferret: Hũc
 a peregrina muliercula pleriq; amari putabãt, mulier
 uero satis pulchra, mollisq; apparebat: et diuitijs su-
 pra modũ abundãs: quæ artificiose, et ostẽtationis tã-
 tum causa simulabantur. Fuerat autẽ eius familiarita-
 tem hoc modo consecutus menipus: cũ aliquãdo solus
 corintho cenhras proficisceretur fantasma quoddã
 illi occurrit: quod se in mulieris speciẽm formauerat:
 atq; ex manu apprehendens Menipũ iãdudum inquit
 se illius amore teneri: esse autẽ se genere phenissam: et
 in suburbano quodã iuxta corinthum habitare, idq;
 etiã digito monstrauit: dixitq; si uesperi eo ad me uer-
 ueris me cantantẽ, audies, et uinum bibes: quale antea
 nunquã bibisti, neq; te riualis turbabit ullus: pulchra
 enim pulchro contẽta uiuam, & moriar. His blandi-
 cijs, allectus adolescẽs in reliqua philosophia satis ua-
 lidus amoribus tamen resistere impotens uesperi ad
 mulierẽ uenit, ac frequẽter deinceps tanq̃ ad suas deli-
 cias ueniebat ad mulierẽ, nondũ quale id esset fantas-
 ma cognoscẽs: Hæc uero aiaduertẽs Apollonius primo
 statuarij instar menipũ intuitus diligẽter ipsum desi-
 gnabat: & contemplabatur: ubi uero illũ satis agno-
 uisse uisus est. O pulcher inquit. & a pulchris mulier

52
QVARTVS.

ribus expetite serpentē foues: & te serpens fouet. Cū talia uerba menipus admiraretur: hoc propterea dixi Apollonius inquit: quoniā mulierem habes: quæ uxor tua nō est: Sed dicas uelim an te amari ab illa putes. Certe per Iouē inquit me amat et quidē uehementer. An igitur inquit Apollonius eā tibi cōnubio iunges. Iungam respondit ille: gratissimū est. n. amanti nubere: Quando igitur inquit Apollonius futuræ raptiæ sunt. Ille autem cito inquit: Immo uero cras fortasse: obseruās igitur cōuiuij tempus Apollonius: cū iam, qui inuitati fuerant cōuenissent, et ipse eodē accedēs ubinam inquit mulier est: cuius causa conuiuū celebraturi conuenistis. Tunc menipus prope adest inqt, atq; hæc dicens cum paulum erubisset surrexit. Tūc Apollonius. Argentum hoc inquit, & aurū cæteraq; domus huius ornāmēta tua ne? an mulieris sunt? Mulieris inquit ille: & semilacerā crassamq; uestē ostēdens, talia quædam mea sunt inquit ornamenta. Tunc ad eos: qui uiderant conuersus Apollonius Tantali inquit hortos ut detis: qui, sicut ab Homero scribitur ap parent aliquid esse, cum non sint: nec tamen in infernum descēdistis: talē enim inquit hunc oēm ornatum existimetis oportet: neq; n. quæ apparet materia ulla subest: sed materiæ dūtaxat simulacrū est, & imago: ut autem uerū esse agnoscat, quod dico, bona hæc sponsa una est ex numero lamiarū quas aliqui laruas, aliqui lemures appellāt. Sunt autem ad amorem & uenerem pronæ: et humanas carnes uehementer expetunt: uenereorum cupidine alliciūt eos: quos cupiunt

LIBER

postea deuorare. Illa hæc audiens age inquit meliora loquere: seq; eius dictis offensam ac perturbatam demonstrans in philosophos paulo mordacius inuicta e, eos omnes delirare inquit: Vbi uero aurea pocula, et quæ uidebatur argentum inania uentosaq; ostensa ab oculis euanuere, pincernæq; et coqui ac reliqua familia ab Apollonio increpita disparuit, lamia lachrimanti similis rogabat Apollonium, ne se torqueret: neue quod esset fateri cogeret: Cuius ille acriter instaret: neq; eam se dimissurum assereret. Tandem sese lamiam confessam est, et uoluisse Menipum uoluptatibus explere, ut eius postea corpus deuoraret. consueuisse enim pulchris, et iuuenibus hominum corporibus uesci, Vbi ad summam sanguinis abundantiam peruenissent: Hanc ego de lamia narrationem, inter Apollonij gesta maxime notam de industria longiorem feci: multi enim quod factum fuit cognouere, utpote quod in media graecia celebratum est. Summatim uero narratum de illo est. Omnes enim hoc dumtaxat dixisse contenti fuerunt: quod lamiam corinthi quandoq; Apollonius deprehenderit. Quid autem egerit et quo pacto menipi gratia hæc fuerit operatus Apollonius: non omnes nouerunt. Sed ego ex Damidis Apollonijq; sermonibus ista retuli, libentius quoq; propter bassum corinthium ipsa narraui: qui cum paricida habitus existimatusq; sit: tamen Apollonij sapientiam uanam falsamq; esse prædicabat, neq; frenum aut moderationem ullam habens, in loquendo, quem conuitia contumeliasq; temere fundentem compescuit Apollonius: partim disputationibus aduersus eum habi-

Q V A R T V S .

tis: partim etiam epistolis in eum conscriptis: quic-
 quid autem de eo tanq̄ parricida scripsit: uerum etiam
 proculdubio putandum est: neq; enim uerisimile uide-
 tur talem uirum conuictij causa falsum aliquid ausum
 fuisse dicere. In olympijs autem ab Apollonio gesta
 sunt hæc: Cum sibi ad ludos proficiscenti Lacedæmo-
 niorum legati obuiam uenissent Hospitiū familiaris-
 tatemq; pollicentes: essent autem habitu, haud quaq;
 laconico sed molli, atq; lasciuo atq; ipsi delicijs oibus
 affluerent acriter eos increpuit Apollonius, uidēs em̄
 homines expollitis cruribus: Comis autem unguento
 stillantibus, abrasis barbīs: uestitu in super fluxo, ac
 molli: Ephoris talia nuntiare illos iussit: ut publice
 balneorū usu interdicto & omnibus delitijs propul-
 satis antiquā uiuendi normā consuetudinemq; reuoc-
 carent: Sic enim fore, ut corporum exercitationes: et
 bonarū artium apud eos florescerent: rediretq; sibi ip-
 si similis lacedæmon. Vbi uero ipsos quæ domi curādā
 erāt emēdasse cognouit epistolam ex olympijs ad eos
 scripsit laconica scedula breuiorem his uerbis. Apollo-
 nius ephoris salutem. Virorum quidem est non peccare:
 generosorū autem etiam non peccantes sentire. Respi-
 ciens autem Iouis olympij templum, Salue inquit bo-
 ne iuppiter, qui usq; adeo bonus es, ut te ipsum homi-
 nibus cōmunicēs. Interpretatus quoq; est: quid Milo-
 nis aenea statua: & eiusdem habitus staturaq; signifi-
 caret. Milo nāq; super discū positus simul uinctis pedi-
 bus inuiti uidetur. sinistra autem malum punicum te-
 net, dextra autem manus digiti recti: et rigētibus simi-

les apparet: Qui autem in arcadia olympisq; sermones feruntur hi sunt, aiunt enim hunc athletam fuisse adeo robustum ut in loco ubi semel constitisset firmus immobilisq; ita permaneret: ut inde nulla posset ui dimoueri: mali uero punici compressione firmitudinem, tenacitatemq; digitorum ostendere, q; autē digiti ab inuicem distrahi non possent: si quis etiā summis uiribus certasset, declarari aiebant, ex rimis: quæ ad certam normam compsite inter distantes digitos conspiciuntur. Vitam autē qua caput redimitus est: temperantiæ suæ indicium esse putant. Sed hæc inquit Apollonius sapienter profecto sunt excogitata: ego tamen sapientiora esse censeo: quæ sunt ueriora: ut igitur sciatis quid ueritatis milonis habitus contineat me audite. Crotoniatæ hunc athletam iunonis sacerdotem instituere: ex quo sine alia interpretatione satis apparet quid mitra significet, cum sacerdotem illum esse dixerim: Arbor autem malus punica sola in iunonis honorem plantatur: Qui autem pedibus subiacet discus ostendit breui scuto superstentem sacerdotem iunoni sacrificare consueuisse: quod manus etiam dextra significat: Digitorum uero non multū distantium inter se figurā antiquæ artis statuariæ opus esse dicebant. Cum faciendis sacrificijs interuenisset offendit eliensēs egregie ornatos cum magno suarum sedium apparatu: ex eoq; nihilo mioris existimatum iri putabant quā qui in ludis erāt certaturi athlete. Interrogantibus itaq; socijs Apolloniū: quid de eliensium dispositione erga ludos olympicos sentiret. Sapiēs

Q V A R T V S

tes inqt necne sint ignoro, Sophistas uero eē ipsos ma-
 nifeste uideo. Quo pacto aut sit calūniatus eos, q̄ rerū
 gestarū scriptores esse putantur & amentes ostende-
 rit eos qui supra uires aliquid scribere aggrediuntur
 ex his quæ dicentur euadet manifestum: Adolescēs q̄
 dam qui sibi ipsi sapiens esse uidebatur Apollonio cir-
 ca templum deambulanti occurrens, cras iquit uelim
 me conuenias: uolo enim preclarum aliquid tibi lege-
 re. Interroganti Apollonio quidnam sibi lecturus eēt
 orationem inquit ille: quā pro Ioue composui: atque
 hęc dicens illam sub ueste occultam ostendit: Iocatus
 autem in uolumis magnitudine Apollonius q̄dam
 inquit est, quod in Ioue laudas? an eum forte laudas
 qui in hoc templo est: nihil ei simile in uniuersa terra
 esse dicens. Hoc ipsum laudo inquit adolescens: & p̄
 pter hoc alia multa horas enim & quæ in terra sunt:
 quæq; etiam sup̄ terram: & uentos, & astra oīa iouis
 eē dico. Videris mihi inquit Apollonius egregius lau-
 dator. Is certe sum inquit Adolescēs, usq; adeo: ut Po-
 dagræ laudes scripserim: præterea surditatis, ac cecis-
 tatis: At uero inqt Apollōius nec ydropesis: nec catar-
 rus tua carere debuerat sapientia. Sed hęc quoq; opor-
 tuit laudari: quāuis fuerit melius ut mortuos etiā lau-
 dibus p̄sequens egritudinum: quibus interiēre lau-
 des percurras: minus enim dolebunt de functorum paren-
 tes ac filij: cæteri q; propinqui cum talia legerint. Ani-
 maduertens inde Apollonius adolescētem parumper
 oratione sua cohibitum. O tu inquit laudator. O rerū
 gestarum scriptor utrum censes laudatorem melius:

quæ nouit, an quæ non nouit posse laudare? Tum ille
 quæ nouit inquit: quonam enim pacto quæ nõ nouit
 laudare quisquam pöt? Non igitur inquit Apollonius
 de tui patris laudibus quicquam scripsi, stiuolui inqt
 ille: sed quoniam mihi uisus est omnium quos unquã
 noueri uirorũ generosissimus pulcherrimus: & optia
 mus rei familiaris gubernator: & ut summatim dica
 cam in rebus omnibus sapientissimus: Laudationem
 eius scribere destiti: ueritus ne parenti dedecus potius
 quam honorem afferrem: si oratione suis meritis infe
 riore in eo laudando uterer. Accensus igitur indigna
 tione Apollonius, quod sibi aduersus ignorantes eue
 nire plerũque solebat, O sceleste inquit, an igitur pa
 trem tuum quem æque ac te ipsum nosti sufficienter p
 meritis laudare diffisus es: hominum uero, ac deorum
 patrem & huius uniuersi opificem, & omnium, quæ
 apud nos: quæue, etiam supra nos existunt auctorem
 tam frigide, imperfecteque laudare non dubitasti, nec
 eum ipsum, quem laudabas ueritus es, non intellexisti
 de re, multoquam sint homines perfectiore sermonẽ
 abs te fieri. Disputationes in olympijs ab Apollonio
 de rebus utilissimis habitæ sunt, ut puta de sapientia
 Fortitudine, temperantia & ut summatim dicam de
 uirtutibus uniuersis, de quibus in tẽpli crepidine stas
 disputabat. Omnes qui audiebant stupefaciens nõ so
 lum grauitate sententiarum: sed etiam orationis sua
 uitate. Adstantes igitur Lacedemonij publice sibi ho
 spitem penes Iouem illum fecere eorũ qui domi erãt
 nouum parentem & uitæ institutorem: & seniorũ

QVARTVS

17
17

honorem ipsum appellantes. Interrogante autē quosdam corinthio: qui dolēter talia ferebat: an etiam diuinos honores illi decreturi essent: & libentissime quidem decernemus responderunt legati, uerum Apollonius inuidiam cauēs a tali proposito illos reuocauit. Postquam Taygeto superato bene cultam Lacedemonem & licurgi instituta recte seruari conspexit, non iniocundum fore putauit Lacedemoniorum sacerdotes conuenire: & quaecunq; uellent interrogandi praebere facultatem. Aduenientem igitur primo interrogarunt quo pacto colere deos oporteret: quibus ille perinde inquit ac dominos: rursus quomodo heroes tanquam parentes respondit. Tertio uero interrogantibus quomodo homines colendi essent, non laconica ē hęc interrogatio. Rursus autem interrogantibus quid de legibus eorum sentiret idem inquit, quod de optimis magistris: qui multum sane proficiunt si discipuli negligentes non fuerint. Interrogantibus adhuc quid de fortitudine cōsuleret: quomodo enim inquit uos utemini fortitudine. Erat eo tempore Lacedemonius quidam adolescens in iudicio accusatus: quod erga patrios mores iniustum aliquid perpetrasset: is autem ortus erat e stirpe calicratida: qui Lacedemoniorum classi apud argynusas præsuit. Is adolescēs nauigatiōis cupiditate captus patrię praeceptis post habitis naues fabricauerat, quibus Carthaginem primo, dein in Siciliam nauigauerat. Audiens igitur Apollonius ipsum eo crimine accusatū graue putauit circumuentum iudicio adolescentem negligere.

LIBER

igitur ad se uocatum quid curis, cogitationibusq; tam plenus esset interrogauit. Cui adolescens: quia publice inquit accusatus sum, quod nauigandi studio deditus publica negotia non tractem. Tunc Apollonius inquit pater ne, aut auus tuus naua fuit? Minime inquit ille; sed Gymnasiarum principes, et Ephori maximis reipublice dignitatibus omnes perfuncti. Calicratidas autem proauus meus, et classis prefectus extitit. An tu inquit illum dicis Apollonius qui apud Argynusas classi prae fuit lacedemoniorum. Istum ipsum inquit Adolescens qui etiam in ea praefectura diem obiit: Nonne igitur nauigandi cupiditate abstulit tibi mors proauit tui? Sane inquit ille. Verum ego non pugnandi causa nauigo sed mercaturae nauiculariae deditus sum studio. In fortunatum igitur Apollonius ait uiuendi genus: ut arbitror elegisti. Primum enim huiusmodi homines omnes nundinas circumunt, ut qui minimo emant: quae sibi sunt opus: deinde cum peregrinis, et cauponibus degentes assidue aliquid emunt uenduntq; et scelertis usuris capita supponentes ad perniciem suam festinant quod si res prospere successerint, bene nauigat nauis: et multus illis ubiq; est sermo: quod neque inuiti neque uolentes tale studium deserent unquam: si ex mercatura non consequantur utilitatem minora nauigia conscendentes naues perfringunt: et causam in deos impie referentes, non inuiti alienis opibus potiuntur, quod si etiam tale non esset maritimum, ac nauticum genus, nonne summo dedecori tribuetur uirum spartiatam: his parentibus ortum: qui in Media sparta uitam duxerunt

QVARTVS.

in cœcaua naui latitantem oblitum licurgi iphitiq; et cæterorum spartiatarum de nauis nauiculaq; sollicitum esse: q; si nihil aliud saltem spartam ipsa cogitare oportet quãdiu terrestribus negocijs intenta fuit ad cœlum usq; gloriam extendisse. Postquã uero maritimis studijs sese dedit in pfundo mersam: & prope modum extinctam esse non in mari solum ueruetiam in terra his uerbis usq; adeo cõmotus est adolescens ut defixis ad terram oculis uehementer ploraret: qđ tantum a suis maioribus degenerasset: pollicereturq; se continuo naues: ubi uixerat uenditurum: cũq; in eo persistẽtem animaduertisset Apollonius ad Ephoros duxit: atq; ut iudicio absolueretur ab ijsdẽ ipetrauit. Illud quoque inter ea, quæ apud Lacedemonios gessit memoratur. Romanorum impator per epistolam grauius Lacedemonios accusabat: q; libertate nimiu abutentes, alijs contumelias afferrẽt. Id autem eius opera: qui græciæ præerat euenisse intelligebant Lacedemonij: Erat igitur magna apud eos ambiguitas, atque iter se dissidebat spartiate, utroq; mō rescribere satis eẽt, an sese de obiectis purgãdo regis iracundiã placarent: an constanti, magnoc; animo illius dicta contemnerent. Igitur huius rei consiliarium; adhibuerũt Apollonium: epistolæ sententiam sibi narrantes: qui postquam inter se dissidentes illos animaduertit: in medium procedens breuiter in hunc modum locutus est. Palamedes litteras inuenit, non scribendi solum causa: sed ut etiam cognoscere quisq; posset quæ scribenda non essent: Hoc modo Lacedemonijs suasit: ne

LIBER.

nimum audaces: neue rursus supra modum pauidos i scribendo se ostederent. Mansit aut spartæ, post olympia quo ad hyems trāsiret. Veris aut principio ad maleam pfectus est: eo cōsilio ut inde Romā transmitteret. Hæc aut cogitanti somnium huiusmōi apparuisse se tradunt. V isa est mulier statura maxima: et aetate uetustissima illum amplecti: rogareq; ut se antea conueniret: q̄ nauigaret in Italiam: aiebat aut se Iouis nutricem esse coronāq; gerebat terrestribus omnibus, maritimisq; diuitijs ornatam. Cū igitur somniū diligentius examinaret, nauigandū sibi prius esse in Cretā pcepit: ea nāq; insula nutrix Iouis appellari solet q̄ i ipa fuerit educatus: corona uero aliā fortassis monstrabit insulam: Cum essent apud Maleam naues permultæ in Cretam nauigaturæ, ipse nauim delegit, cōmunis societatis capacem: cōmunem uero societate uocabat, cum socios: tum sociorū seruos, ac ministros neq; enim illos contemnebat. Præteruictus aut cydoniam et ad Gnoson appellens Labirynthum: qui adhuc extabat: ubi clausum aliquādo fuisse Minotaurū ferunt, uolentibus socijs uidere permisit. Ipse uero spectare se nolle inquit iniuriam Minois: Accessit uero i gortynā, ut idā uideret: illuc quoq; ascendens, theologos, q̄ in eo monte erāt, allocutus est: et in tēplum uenit Leuineū nuncupatū: q̄ esculapio dicatum esse ferunt: et sicut Asia uniuersa pgameum uenit: ita oīs creta ad id tēplum cōgregatur. Multi et ex Africa religionis cā eo nauigāt. Vergit em̄ id tēplum ad lybicum pelagus, retro lucidū p̄montoriū: ubi multum mare

Q V A R T V S .

paruus cohibet lapis. Leuineum aut̄ appellari dicunt: quoniam ab ipso promontorium extenditur: Leonis imaginem retinens: qualia fortuito in saxis accidere plerumque uidemus: indigenæ uero fabulose de promontorio narrarunt esse unum ex leonibus: quod quondam Rex matris iugo subditi fuerunt. Cum illic circa meridiem Apollonius, cum uiris plurimis, & sacerdotibus templi disputaret, ingens terremotus uniuersam Cretam concussit, tonitru præterea, non ex nubibus: sed ex terra nato immugit: mareque subsedit, stadia circiter septem: multique timuerunt: ne deficiens pelagus templum quodque secum una traheret: ita ut omnes absorberentur. Verum Apollonius confidite inquit: mare enim terram peperit: quibus uerbis elementorum concordiam designari plerique censebant: ita quod nihil noui erga terram operaturum mare credendum esset. Post paucos dies, ex Cydonia ueniētes nonnulli nuntiarunt eadem die, quo hæc in creta contigerat circa meridiem a Ioue signa fuisse missa: & simul ex mari insulam emeruisse in fretum: quod Theram, interque Cretam iacet: Sed nos orōnis periclitatem fugientes: ad ea quæ Romæ gessit Apollonius, traſeamus: quoniam his, quæ in cretâ fuerant acta successerunt. Eo tempore Nero philosophari non sinebat homines inanem operam sibi uideri philosophiam dicens: quæ diuinandi peritiam adumbraret: & philosophi aliquot accusati fuerant: quia diuinandi artem exercere dicerentur. Sed ut alios omittam Musonius Babylonius: qui sapientia secūsus ab Apollonio putabatur in carcere detrusus in summo uitæ uersabatur

LIBER

¶ nisi ualido, robustoq; corpore extitisset, in carce-
 re procul dubio fuisset mortuus. Dū in hoc statu phi-
 losophia esset Apollonius romam uenit: Cūq; stadia
 uiginti supra centū Romæ appropinquasset apud ari-
 tiæ nemus; Philolaum Cythiēū inuenit: Erat philola-
 us lingua quidem satis promptus: Sed mollior ad in-
 commoda toleranda: ¶ tunc ob metum Roma fugi-
 ens quousq; inueniebat philosophos: ut idem facerent
 hortabatur: Is Apollonio salutato persuadere nitēba-
 tur: ut tempori cederet: ¶ romam non pergeret: ubi
 multas calumnias philosophia patiebatur: ¶ omnia
 quæ illic fiebant ordine exponēs oculos crebro huc, at-
 q; illuc uertebat: ueritus ne retro quisq; assistens, quæ
 ab eo dicebantur audiret. Liberalius itaq; Apolloni-
 um increpans, tu inquit philosophorū turbā trahens
 Romam uadis, inuidiam tibi plurimam comparas, ne-
 q; nosti ad urbis portas esse quosdam a Nerone cōsti-
 tutos: qui te simul, ¶ hos comprehendent, antequam
 urbem ingrediaris. Cui autem studio inqt Apolloni-
 us O philolae uacat imperator. Publice inquit ille ue-
 lut auriga quadrigam regit: cantatq; in romanorum
 theatris ¶ cum gladiatoribus uiuit: ipse quoq; mus-
 nere fungens gladiatorio hoies iugulat: Ad ea respon-
 dens Apollonius, Vir inquit egregie an maius aliquid
 spectaculum erudito homini esse censes: quam regem
 impudentem uidere: Dei nanq; ludibrium homo est:
 iuxta Platonis sententiam: Rex autem hominum lu-
 dibrium factus, suumq; pudorem, ut plabi gratifice-
 tur negligens, quos ¶ quales philosophantibus præ-

204
 QVARTVS.

bebit sermones. Sane per Iouem inquit filolaus modo absq; periculo id fiat: quid autem si eo deductus in tereas aut te uiuentem Nero deuoret: priusquam aliquid eorū quæ facit aspexeris: pluris enim id tibi constabit: quā v lixi quādo ad cyclopem uenit, multos. n. socios amisit, dum monstrum illud studet uidere, feri crudelis spectaculi cupiditate superatus: Tūc Apollonijs putas inquit hunc minus, quam cyclopem cecū esse, cum talia agat? Tū filolaus, ut tibi uisum fuerit facito: hos tamē uelis saltem saluos esse. atq; hæc uoce paululum elatiore dicens ingemuit. Tum damis ueritus, ne quā secum erant adolefcētes: per iniectam a filolao suspicionem deteriores facti essent: hoc modo Apolloniū est allocutus, Perdidit hos adolefcētes hæc oratio timore tristiciaq; omnia cōplens: immo inquit Apollonius cum multa etiā non petēti mihi bona dij plerūq; dederint: nescio an maius ullū ab ipsis unquā accēpisse me putem: contigit. n. occasio præclara: qua possem de his adolescentibus experientiam capere: q. nam ex ipsis uere philosophentur: quiue rursus aliud quiduis potius, quā id ipsum agant: idq; statim ipsa re comprobatum est: qui. n. inter eos minus fortes erāt, filolai sermonibus persuasi alij quidem egrotare se simulabāt: alij uiaticum defecisse querebātur, alij rerū domesticarum sollicitudine, domū reuocari dicebāt, alij somnis se perterritos causabantur: atq; ita cū octo socijs tantum remansit Apollonius: cum quattuor supra triginta iter suscepissent: ut Romam secum proficiscerentur: Ceteri uero philosophiam: Neronemq;

timentes fugam arripere. Congregans igitur qui
 remanserant Apollonius: inter quos Menipus erat:
 quem a lamia liberauerat: & dioscorides egyptius:
 & damis, Ego inquit eos non increpabo: qui nos
 deseruerunt, sed uos magis laudabo, quoniam uiri es
 stis mihi similes, nec existimabo similem eum: qui
 Neronem timens discessit sed qui eiusmodi supera-
 uit. Hunc ego uere philosophum appellans docebo
 quaecunq; scio. Censeo igitur primum uota dijs fa-
 cienda: qui nobis talem mentem dederunt: deinde,
 ut talis itineris duces nobis sint: Nihil enim sine il-
 lis sumus, tum demum in urbem pergendum: que
 tam magnæ orbis parti imperat quam nescio quo pa-
 cto intrare quisq; possit: nisi ipsi duces adsint, preser-
 tim tam sauo tyranno ipsam tenente, ut non place-
 at quibusdam sapientes esse, nec haberi. Puto au-
 tem nemini stultum consilium uisum iri: si audea-
 mus ad urbem proficisci: quam philosophorum ple-
 riq; fugiunt: Ego enim ita sentio eorum quæ apud
 homines sunt nihil esse tam terribile, ut sapientem
 terrere possit, Deinde nihilo curam diligentianq;
 in hominibus excitare, nisi quod periculo fiat.
 Nos præterea tantum peragrauimus terrarum: quan-
 tum alius fortasse nemo, & feras uidimus, tum
 arabes, tum indicos multiplices, & muleiformes:
 Hanc autem belluam: quam tyrannum pleriq; uo-
 cant neq; quot habeat capita scimus: neque utrum
 curuis unguibus, aduncisq; sit dentibus nouimus:

Q VARTVS.

94
 Quamquam civilis bestia esse dicatur, & in me-
 dijs urbibus habitet: eo tum perhibetur immanior
 hijs: quæ in montibus aut paludibus degunt: quo
 leones quidem, aut Pantheræ quandoq; si mulcean-
 tur mansuescunt: & innatam feritatem exuuntur.
 Hæc autem ob attractionem ferocior facta omnia
 lacerat: Quinetiam belluas proprias matres deuo-
 rasse nemo unquam, aut dixit, aut audiuit: ea ta-
 men immanitate saturatum Neronem accœpimus:
 Quod si ab Horestæ: aut Alcmeone tale aliquid fa-
 ctum legimus pietas in patris aliquam delictis excusa-
 tionem pretendit: cum alter ab uxore propria inter-
 fectus: alter monili cupiditate perditus sit: Is autem
 a matre editus, senescente iam rege patre, & impe-
 rij hereditatem nactus naufragio matrem interemit
 nauim eius gratia fabricatus: in qua non pro-
 cul a terra extincta est. q; si quis ob hæc metuens
 dum esse Neronem existimat: & propterea philo-
 sophiam refugit, non tutum esse putans præter il-
 lius uoluntatem aliquid agere, sciat hoc illis nequa-
 quam esse metuendum: qui ueram sapientiam mo-
 destiamq; attigerunt: talibus enim omnia quæ a dijs
 mittuntur prospere succedunt: & conuiciatorum
 nugas perinde ac ebriorum hominum sermones par-
 uifaciunt: q; illos dementes quidem, non tamen me-
 tuendos arbitrarentur. Pergemus igitur Romã, si for-
 tes erimus: Contra Neronis enim iussa: quibus ille phi-
 losophiã exterminat, Sophoclis elogiũ satis est dicen-
 tis: Non mihi iupiter deus esset, talia iubens, neq; my-

LIBER

sas, neq; apollinem talia precipientes rationis compo-
 tes dicerem. Verisimile autem est, & Neronem hoc iã
 bicum carmen audisse: cum tragedijs ut ferunt maxi-
 me gaudeat: Hoc loco ueritatem sortitum illud home-
 ri dictum iure putabitur. Ait enim postquã oratio ui-
 ros bellaces irritauit omnes una galea, unusq; clipeus
 fiunt: Id enim in uiris istis tunc accidere uisum est:
 qui Apolloni oratione corroborati mori etiam pro
 philosophia prompti, paratiq; erant: et se potiore cõ-
 ditione, quam qui fugerant esse arbitrabantur: Cum
 igitur urbis portis appropinquassent custodes nihil
 interrogantes: sed nouitatem habitus admirati ueniẽ-
 tes circũstetere, sacer enim habitus quidam nec pecu-
 niarum coactoribus conueniens uidebatur: cumq; in
 hospitium portæ finitimum diuertentes cauam po-
 poscissent iam enim dies in occasum uergebat, ebrius
 quidam in uicum uenit: uocem habens non plane rus-
 dem, aut incultã: Is Romanam urbem perambulans
 Neronis carmina decantabat qui uero aut negligentis
 audisset: aut post auditionem non præbuisset mer-
 cedem, ab eo tanquam impietatis in deos reus in carce-
 rem ducebatur. Is cytharam, & omnem cytharedo-
 rum ornatum gestabat, præterea cordam usu pulsans
 di iam atritam in cistella portabat: eã ex Neronis cy-
 thara duabus minis emptam iactitans, nec se ulli unq̃
 eam uẽditurum: nisi optimus esset cytharedus: quiue
 aliquãdo in pythijs ludis decertasset: Is igitur, ut con-
 sueuerat in sui cantus præludio breuẽ de Nerone hym-
 num percurrrens carmina subiecit partim ex horeste:

91
 QVARTVS.

partim exantigona: & ex alijs passim tragedijs a Nerone conuersa inflectens cantus male, peruersq; a Nerone ullulatos: Cū uero Apollonius Comitesq; segnitè, ac negligenter audirent, ipse uiolatum ab eis Nerone: & diuinæ uocis inimicos esse clamitabat: quāuis illi uerbis eius nullā curam adhiberent: Interrogāti autem Apolloniū Menipo: quo pacto huius hominis uerba audiret: aut quid sibi agendum censeret: Respondit Apollonius: quid aliud agamus: nisi, ut postq̄ cantare desierit, nos nihil eius oratione cōmoti ostentationis suæ mercedem soluentes sinamus illū Neronis musis eo modo sacrificare. postero die thelesinus consul uocatum Apollonium: quisnā is esset: quē gerebat habitum interrogauit. Ille autē purus inquit & mundus & ex nulla morticina materia cōfectus: quæ uero tua sapientia est interroganti, ex diuino inquit afflatu proueniens: et quæ homines doceat: quo pacto deos precari: et eisdem sacrificare cōueniat: est ne autem philosophus ullus qui hæc ignoret. Permulti inquit Apollonius: Quid si quis rectè talia sciuerit? Melior inquit Apollonius etiam euadet si sapientiozem audiens certior fuerit factus se rectè scire: quæ sciuit: Talia audienti thelesino: erat autē erga res diuinas propensior: in mentē uenit eius uiri: de quo iādudum multa audierat: non tamē de nomine palā interrogare uolebat: ne consilium suum patefaceret: Rursus itaq; ad colloquium de rebus diuinis hominē renocauit: Erat enim ad sermones inferēdos idoneus: & tanquā a sapiente quæsiuit: quid tu ad aras accedēs precaris deos.

LIBER

Ego inquit Apollonius precor ut iusticia apud hoies ualeat: et leges nō soluantur, utq; sapientes pauperes sint; ceteri uero sine fraude ditētur. Talia uero petēs inquit thelesinus tibi etiā satisfecisse censes? Certe inquit Apollonius: oīa nāq; oratiōe complector una: et ad altaria ueniēs ita precor. O Dij prabete mihi: quae mihi debentur: q; si bonus sim uir, maiora etiā, q̄ peto assequar: sin uero inter paucos dij me collocarūt contraria mihi ab eis dē promerens: neq; deos accusare poterō si me ipsum malis dignū iudicauī, cū sim prauus. Hæc audiens Thelesinus obstupuit: et Apollonio gratificari cupiens, accede inquit arbitrato tuo ad oīa deorum templa: Ego n. sacerdotibus precipiā, ut te suscipiāt. Tu autē corrigas uelim, siquid emēdatione dignum inueneris. Quid uero inquit Apollonius si nō iusseris nō me suscipiet? Minime inquit ille: meā nāq; est huiusmodi rerum potestas. Gaudeo inquit Apollonius: q; cum sis uir magnus: ac generosus de rebus magnis habeas potestātē. Hoc autem de me scias uelim. Ego templa non penitus arcana incolere gaudeo neq; me deorū quisquā respuit: sed tecti participem dignātur omnes: rogo igitur: ut mihi apud uos itidē pateant templa: quod barbari etiā concessere. Tum Thelesinus, magnam inquit Romanorū laudē barbari pre occuparunt: uolo autem, ut de nobis hoc ipsum referre possis. Tuo igitur arbitrato quecunq; libuerit templa incolito: q; ex alio in aliud, uel placet trāsmigrato: faciā inquit Apollonius: neq; id præter rationem, ut arbitror. Dei nāq; non semper in eodem permanēt

Q V A R T V S .

loco: sed nunc ad Ethiopes: nunc ad Athum: Nunc ad
olympum proficiscuntur. Absurdum igitur esse pu-
to, cum dii uniuersas gentes perambulando transeāt:
& lustrent: homines ad omnes deos aliquādo non ac-
cedere, præterea si dñi seruos despexerint: culpa ca-
rebunt: forte n. tanq̄ prauos eos despiciunt: serui autē
qui suos dños nō uenerātur, ab eis dē perdentur: tanq̄
imp̄i scelesti: et dijs inimici: Cum talia in templo di-
sp̄taret Apollonius: augebatur in dies Deorū cultus:
eiusq; dūctis homines obtemperabāt, q̄ maiora dona a
dijs sese habituros sperarēt: nec quisq; adhuc eius uirū
sermones calumniabatur: quia omnibus æque, palāq;
cōsulebat: neq; cuiusq; pulsabat fores, aut potentiorū
limina terebat: sed ad se uenientes benigne excipiens,
non secus ad eos, q̄ ad populum loquebatur: Postq̄ De-
metrius erga Apollonium, sicut in corinthijs sermo-
nibus diximus beniuolentia affectus Romam uenit:
colebat quidem Apollonium: qui eum frequenter ad
Neronem mittebat, ut eius suspitionem tali arte dimo-
ueret: Videbatur autē Apollonius maxime ob hoc ip-
sum retinere demetriū: Idq; uel maxime tūc est iudi-
catū: cū Neroni gymnasiū paratū est omnīū, quæ Ro-
mæ essent admirabile. Ibi Nero magnusq; senatus, et
Romanus equitatus omnis sacrificia, Diemq; festum
summa cū leticia celebrabant: illud igitur Gymnasiū
ingressus demetrius orationem habuit, aduersus eos:
qui balneis utebantur p̄pterea, q̄ se ipsos molles effe-
minatosq; reddētes iquinaretur magis, q̄ mūdarētur:
oēm igitur in rebus hmōi sumptū inanē, supuacnūq;

LIBER

esse monstrabat: quibus uerbis adeo in se audientium iracūdiam cōcitauit, ut una res tantū fuerit auxilio: quin subito interficeretur: ea uero fuit: q̄ ea die Nero clariore, maioreq; quā unquā alias uoce cantauerat. Cantabat autē in cauponaria taberna nudus: & se moralibus dumtaxat amictus, non secus, ac sordidissimus quisq; cauponū. Nec tamen effugit demetrius: quoniam magnum pro his, quæ dixerat periculum subiret: Tigellinus em̄ cuius in manibus Neronis gladius erat Roma illum expulit, non secus, ac si balnea suis uerbis esset demolitus. Is quoq; Apollonium clanculum obseruabat: num & ipse notatione dignum, aut abiectum aliquid diceret: ille uero palā, nec serio, nec ioco quicquam notatione dignum proferebat: ut qui periculū aliquod grauius caueret. Sed apte ad interrogata respondens: una cum thelesino philosophabatur. Accedebant ad eum insuper nōnulli: qui licet philosophia periculum afferret, non putabant si cum illo degerēt periculum aliquod subire posse: Auxit Apollonij extimationem de prodigio ab idue misso sententia: cum enim aliquando sol defecisset & tonitu ingens esset subsecutum, quod in eclipsi fieri minime consuevit, aspiciens in cœlum Apollonius erit inquit magnū aliquid, & non erit: quam sententiam: qui tunc audire interpretari minime poterant: triduo autem post solis defectionem omnes eam intellexere: Accubante enim in conuiuio Nerone decidens fulgur calicē: quē manibus tenebat excussit: cum iam ori propius illud admouisset: Hoc igitur Apollonij uerba significabāt:

QVARTVS

43

cum enim tam parū abfuerit a percussione fulminis ī
 perator merito magnū aliquid factū iri: & rursus nō
 factum iri inquit Apollonius. Tigillinus autē, cū talia
 audisset, timuit hoīem, quasi sapientia demonum præ
 ditum: neq; palam ipsum criminandum censebat: ne
 clanculum aliquod malum sibi ab eo proueniret. Verū
 tamen loquentem, tacentēq; sedentem: & ambulans
 tem: & quid apud quēq; māducaret: & biberet sacri
 ficaret, nec ne, tot oculis: quot reges habent obserua
 bat: Cum morbus: quē catarrum medici dicunt Romā
 inuasisset, plena erant templa dijs sacrificantium ho
 minum: quoniam Neronis fauces intumuerāt ita, ut
 exiguus uocis usus illi relictus esset. dolebat autē Apol
 lonius propter magnam eorum ignorantiam: nemi
 nem tamen palam increpabat: quinetiam Menipum
 eorum gratia parumper irritatum cōpescuit: iubens
 ipsum dijs ignoscere: si minimis ridiculorum gaudeāt
 ea uerba cum ad Tigillum relata eēt ministros mi
 sit: qui Apollonium in iudicio uocarent excusatiōem
 facturū de his: quæ impie aduersus Neronē locutus es
 set. Erat etiam accusator, cōtra ipm paratus: qui mul
 tos antea iam pdiderat: & tali nequitie genere tanq̄
 olympiorum uictoria exultabat. Is etiam accusatiōis
 syngrapham a se compositā habebat in māibus: eāq;
 tanq̄ gladium in Apollonium euaginatū, interfectu
 rumq; esse, minatur. Postq̄ uero tigillinus acceptā sin
 grapham explicans litterarū in ipsa uestigium nullū
 uidit: & libellū: quasi lituris nunq̄ signatum aspexit
 de demone rursus cœpit cogitare, hoc idē postea domi

LIBER.

tiano ab Apollonio dicitur euenisse. Aduocans igitur Tigillinus in secretiorem pretorij ptem ubi de rebus maximis cōsultare solitus erat, arbitris omnibus submotis quis nam esset interrogabat: ei Apollonius: & patris & patriæ nomen exposuit: & quali sapientia ueretur enarrauit. Dixit quoq; se sapientia uti ad deos intelligēdos: & res hoium cognoscendas: Nam seipm nosse longe difficilium est: q̄ alios cognoscere: demones uero inquit Tigillinus: & idolorum apparitiones quomodo redarguis. Perinde inquit Apollonius atq; homicidas, atq; impios homines. Hoc autem dixit, ut Tigillinum morderet: qui crudelitatis omnis: et lasciuie præceptor erat Neroni. Rursus aut Tigillinus: Volo inquit aliquid mihi uaticineris: quod te rogabo. Tunc Apollonius: quonā inquit pacto efficere id possum: cum nō sim uates. At qui te esse perhibent eum: q̄ dixisti, fore magnum aliquid: et nō fore. Vera inquit Apollonius audisti: attamen id nō ex uaticinādi peritia protuli sed magis, ex sapientia: quam uere philosophantibus uiris deus præstat. Nerone uero inquit ille cur nō times. Quoniā inquit deus: qui dedit illi esse terribilem: mihi quoq; interritū esse præbuit: Quid aut sentis de Nerone longe melius, q̄ nos inquit. Vos enim cantare dignū inquit putatis: ego aut dignū tacere. His uerbis stupefactus Tigillinus abi inquit quocūq; libet fide iussoribus antea p corpore datis: tūc Apollonius quis inquit fideiussor esse pro corpore uelit: quod uinciri, aut detineri a Nerone pōt. Hæc demonis cuiusdam opera supraq; naturam hominū Tigillino uisa sunt:

Quasi cum deo luctari deuotans abi inquit quocun-
 q; libet: potentior enim es: q̄ ut meo subiciaris impe-
 rio: Aliud præterea ab Apollonio miraculum tale fa-
 ctum est. Puella quædam ipso nuptiarū tempore mo-
 ri uisa est: quam feretro impositam sponsus lugens se-
 quebatur, De nuptijs imperfectis multū conquerens:
 grauitè dolens: habitabat aut puella in domo consu-
 li uicina. Huic igitur funeri occurrēs Apollonius. Des-
 ponite feretrum inquit ego enī uestras pro puella las-
 chrymas sedabo: & simul quod nam puellæ nomē eē
 interrogauit: Pleriq; igitur illum orōnem habiturū
 putabant: qua merentium lachrymas, doloremq; seda-
 ret. Ipse uero puellam attrēctans: atq; aliquid illi se-
 creto admurmurans ab ea quæ uidebatur morte reuo-
 cauit: quæ statim etiam loqui incipiens in paternam
 domum redijt: sicut Alceste quondam ab Hercule in-
 uitam restituta. Cumq; puellæ parentes drachmarum
 milia quindecim Apollonio donarent ipse pro dotis
 accessione puellæ pecunias largiri dixit: Vtrum uero
 scintillam animæ in ipsa inuenerit: quæ ministros,
 medicosque latuerat: siue decidens forte pluuia dis-
 spersam, & pene iam extinctam animam ca-
 lesfaciens in unum congregauerit: difficile conie-
 ctatu est, non mihi solum, Verum etiam his: qui
 rei uidendæ interfuerunt. Id autem satis constat
 dum funus efferretur forte pluuisse: erat quoq; tem-
 poribus illis Musonius ī Neronis carcere detētus quē
 in philosophia perfectissimum fuisse asserunt: Hi co-
 ram inter se loqui non potuerūt recusante Musoniōe

maius utriq; piculum ea res afferret: sed per epistolas
 mutuo collocti sunt, Menippo Damideq; ad carcerē
 uenictib; Nos uero de rebus nō magnis epistolas omit
 tētes eas: quæ plus grauitatis hēre uisæ sunt iterposui=
 mus ex qbus magnū qd de illius sapiā possumus conie
 ctare: sunt autē Apollonij ad Musoniu epistolæ tales.

APOLLONIVS Musonio Philosopho Salutem.
 Voluerā ad te ueniēs et sermonis, et domus p̄iceps fie
 ri, mō q̄piā iuuare te, posse: qd si nō diffidis posse me
 tanq̄ Hercules ab inferno thesē liberare: scribe qd fi
 eri uelis Vale. MVSONIVS Apollonio Philosopho
 Salutē. Pro his: quæ cogitasti laudem mereris: uir autē
 excusatū sese reddere expectans: & nihil se deliquisse
 palam ostensurus seiḡm liberabit. Vale. Apollonius
 Musoni. Socrates atheniē. cū e carcere ab amicis li
 berari nō luisset: in iudicium p̄cessit: et tñ mortuus ē.
 Musonius Apollonio Socrates mortuus ē: quoniā sibi
 defensionē nullam parauit: ego autē meiḡm excusando
 defendam Vale. Transmissurus in grāciam Nero pu
 blice per precones edixit: ne q̄s philosophus intra Ro
 manā mēnia p̄maneret: quæ res Apollonium ad oriē
 tales orbis partes cōuertit, ubi colūnis quibusdam oce
 ani gurgitem terminari dicūt: cum gades etiā uidere
 cuperet: multa nāq; de philosophia illic degentiū ho
 minū audiuerat: quodq; magnam de rebus diuinis co
 gnitionē haberent. Secuti autē sunt illū amici om̄s &
 peregrinationē & uiri mentem laudantes.

95
 Q VINTVS.

PHYLOSTRATI DE VITA

APOLLONII TYANEI

LIBER Q VINTVS.

De columnis: quas ueluti terræ ter-
 minos posuisse Herculem ferūt,
 fabulose dicta p̄mittētēs quæ
 auditu narratūq; digna compe-
 ri deinceps explicabo. Europæ,
 Africæq; p̄montoria stadiorum
 sexaginta fretum cōtinentia, oceanum, ad ea: quæ in-
 tra terrā sunt maria imittunt. Et Africæ quidem pro-
 montorium, noīe Abyla: leones continet in supercilijs
 montium habitantes. Eius montis interior pars ad ge-
 tulos tingasq; pertinet gentes efferas atq; immanes.
 Per oceanum uero nauigantibus stadia nonaginta p̄-
 tenditur usq; ad sulicis fluminis hostia. Illinc autem,
 quantum ulterius protendatur non facile coniectare
 quisquam posset. Nam post eū: quem nuper diximus
 fluium inaccessibilis Africa est: nec homines ultra
 reperiuntur ulli. Europæ promontorium Calpe dictū
 dextera nauigationem continet stadiorum sexcentorū:
 terminaturq; ad antiquas gades: Oceani uero cō-
 uersiones ipse quoq; apud celtas tales aspexi: quales
 etiam fama feruntur: Causam uero sepenumero con-
 templatus: ob quam tam uastum pelagus accedat: re-
 cedatq; adinuenisse Apollonium censeo: qui in earū
 una, quas ad indos scripsit epistola, sic ait. Oceanus a

LIBER.

spiritibus sub aqua existētibz impulsus ex multis hiis
 tibus: quo partim sub ipso: partim in terra circa ipm
 sunt ad exteriora diffunditur: ac rursus retrocedit:
 postquam uelut anhelans: quem diximus spiritus rese-
 dit. Huic opinioni fidem facit id: quod apud gades
 egrotantibus contingit: Nam quo tempore excrescēs
 aqua regionem inundat animæ morientes non dese-
 runt: quod profecto non eueniret: nisi spiritus ipse in
 terram secederet, quæ autem circa lunam apparere
 dicunt nascentem plenam & decrescētem: eadem
 omnia circa oceanum fieri animaduerti. eius enim
 mensuras sequitur simul, cum ipsa decrescens auge-
 scensque, & nox diem rursusque dies noctem excipit,
 apud celtas quidam perparum lumine, aut tenebris
 uariantibus, sicut hic etiam accidit. Circa gades au-
 tem, & columnas manifeste tanquam fulgura ante
 oculos cadere dicuntur: Perhibent quoque beatorum
 insulas africa lateribus diffiniri ad inhabitabilem p
 montorij partem uergentes: Gades autem in Europa
 lateribus posita sunt: Qui uero illas incolunt non re-
 ligiosi tantum: sed superstitiosi homines habentur.
 Senectæ nāq; aram dicuntur solique hominum festis
 cantibus mortem collaudant: sunt quoque apud ipsos
 artis & paupertatis aræ posita, sicut egyptio, &
 seorsum thebano Herculi. alterum nāq; finitimam
 usque erythiam penetrasse ferunt cum Gerione, eius
 que boues captiuos duxit. Alterum uero sapientia ex-
 cellentem totum terræ ambitum dimensum esse. Præ

100 96
gndy

QVINTVS.

terea qui Gages incolunt græci esse perhibentur: nos
 strosq; more eruditi, maxime Athenienses preter cete
 ros grecos uenerari. Idcirco Mnesteo atheniensi sac
 crificare Themistoclem quoque tanquam maritimū
 bellatorem: egregium sapientiæ, fortitudinisque gra
 tia uenerantes aneum statuerunt: eique tanquam ora
 culo reuerenter assistunt. Arbores etiam illic esse tra
 dunt, quæ nusquam alibi terrarum inueniuntur: Ap
 pellari autem Gerionas & duas tantum esse. Ora
 te sunt autem iuxta sepulchrum, quod illi geriōi sta
 tuerunt, speciem ex pinu, piceaque commixtam habēs
 tes: sanguinem uero stillare: sicut iliacā populum au
 ro manare dicunt. Insula uero in qua templum est:
 equalis est magnitudine ipsi templo: Nulla autem
 eius pars est petrosa: sed leui politoque solo: colunt
 autem in eodem templo ambos Hercules. Simulachra
 autem illis nulla sunt: sed ægyptij quidem aræ sunt
 duæ aneæ absque simulachro, Thebani autem una tan
 tum. Ydræ insuper: & Diomedis equi & duodecim
 Hercules opa, ex lapide sculpta conspiciuntur. Pigma
 lionis insuper aurea oliua in ipso Herculis templo po
 sita est: mirabili, ut aiunt, arte fabricata: cuius præ
 cipua pulchritudo in fructuum opere conspicitur qui
 ex lapide smaragdo confecti, ueris oliuis similli
 mi apparent. Teucris etiam Telamonij balteus au
 reus eodem in loco monstratur: quomodo autem:
 aut qua de causa ad Oceanum peruenerit, nec ipse
 Damis inuenisse testatur, nec unquam aliquid ex
 Apollonio audiuisse: Que autem in templo sunt

LIBER

colūnarum simulachra ex auro, argentoq; simul fusa,
 & in unum colorem redacto facta esse narrant. Esse
 autem quadrangulares uelut incudes, & eorū capita
 litteris inscripta sunt, non ægyptijs, neq; indicis, neq;
 ab aliquo penitus cognitis. Apollonius autem, cum de
 hac re sacerdotes nihil dicerent: non permittit me ait
 ægyptius Hercules tacere: quæ sciam: Hæ columnæ
 terrarum, oceaniq; uinculum sunt: ipse uero Hercu-
 les in domo parcarum inscripsit: nequa elementis
 contentio accederet: neque amicitiam disjungant:
 qua inuicem tenentur. Nauigarunt quoque fluuium
 Betim: qui maxime oceani naturam erga fluxum: res
 fluxumque, declarat. excrecente enim pelago uersus
 fontes, ex quibus oritur fluuius fertur spiritu quodā
 ipsum a mari depellente: regionem uero ab eo flumi-
 ne Beticam cognominatam, optimam uberrimamque
 esse tradunt: Ciuitatibusque & pascuis abūdantem:
 deriuatur autem fluuius per omnes urbes: agri uero
 egregie culti affatim omnia ferunt. Cæli temperies
 talis est qualis autumnitempore in attica esse solet:
 Disputationes complures, illic habitas scribit Da-
 mis: ego aut, quæ memoratu dignæ uisæ sunt referam,
 Cum aliquando Apollonius comitesque in Herculis
 templo sedissent: subridens Menippus: quia sibi Nes-
 ro in mentem uenerat: quid inquit O socij nunc agere
 censemus generosum imperatorem, quas certaminum
 coronas accipere: Optimos autem græcos nō ne maxi-
 mo cum risu ad Panegyricos ludos putamus accede-
 re? Tunc Apollonius audiui ex Thelesino elidensum

lora imperatorem extimescere. Cum enim assentatores ipsum hortarentur: ut in olympijs decertās uictricem Romam preconis uoce predicari faceret: modo mihi inquit elidenses non inuiderent: fertur enim ipsos uerberibus cedere, qui errauerint, atq; etiam me ipso elatiore esse. Ego autem futurum dico, ut in olympijs quidem uincat Nero: quis enim usq; adeo temerarius esset ut se illi auderet opponere, quod, aut olympia uincat, minime futurū unquā arbitror: quin etiā ludos ipsos, nec statuto tempore celebrant: cum enim consuetudo exigat circa finem anni ludos celebrari: Nero elidenses iussit in aduētum suum illos differre: ita ut sibi potius q̄ ioui sacrificaturi uideantur: Tragedorum præterea & cytharedorum proposuit certamina apud uiros: q̄bus, nec theatra sint, nec scenæ, ad eiusmodi ludos peragēdos idoneæ: sed natiuum dūtaxat stadium: nudumq; patet: atq; hoc agit: ut uictoriam querat ex his quæ oculere magis deceret: Quid enim, de homine dicam? Augusti Iulijq; habitu deposito cantoris uestes assummit: & Creontis, Edyppiq; facta dictæne ex amussim scire tanti existimat: ut maxime reprehensionem timeat: si quid in porta aut in schola, sceptroue deliquerit. A sua uero ac romanorū dignitate tantum degenerauit, ut pro conditore legum: quas ferre oportebat cantare, et in hystriónica philosophari, extra urbem malit: in qua sedendo debuit, ut rex de maximis terræ marisq; rebus consultus respondere. Sunt quidem o Menippe tragedi complures: quibus etiam nero se adnumerari cupit: si quis igi

tur eorum: qui oenomai aut creontis personam gesserit, & e theatro abiens uelit eius: quæ in scena simulauerat regis dignitatem seruando cæteris imperare: & tanquam Tyrannus alijs præesse: quid de tali uiro existimares nonne hunc eleboro, alijsue potionibus diceres indigere: quibus insanorum mentes purgantur. Si quis item re uera Tyrannus existens in tragedi aut histrionis formã sese transmutet: uocemq; expoliens, elidensum: delphicorũue scuticã timeat: aut si re uera non timeat, tam prauè tamẽ artẽ, quam p̄fitetur exerceat, ut uerberibus cedi se dignũ iudicet: ab his, quibus imperare cõstitutus est: Quid de miseris hominibus dices: sub tali monstro uiuere coactis? Vtrum uera græcis perniciosiorem censes Xersem ne ferro flammaq; omnia uastantem, an cantantem Neronẽ, sumptus recogitans: quos pro suis cantibus facere cogũtur in super quo pacto domibus pellũtur: utq; præclarã suppellectilẽ, aut seruũ illis habere nõ liceat: Quid uero erga mulieres filiosq; patiantur dicere nõ attinet: cũ sceleratas uoluptates ex quacũq; domo Nero colligat: Accusationes aut quot, quãtasq; ex theatris oriri censes, cũ delatores ita redarguat, nõ uenisti auditũ Neronẽ: aut uenisti quidẽ sed negligẽter: et nõ attẽte audiebas: risisti plane, nõ plausisti, nõ p̄ ip̄ius uoce sacrificasti ut clarior lucidiorq; esset: et ut summatim dicam, multe tibi uidebũtur illic leges circa spectatores græcos eẽ. Iam de incidẽdo, aut nõ incidẽdo isthmo: quãquã ut audio iã nũc incidatur iã pridem agnoui premonstrante deo. Ad hæc respõdens damis mihi in

QVINTVS.

quit Apolloni de rescindēdo isthmo negociū Neronis
 opera sup̄gredi uidetur, appet. n. ex hoc q̄ magno sit
 animo. Mihi aut̄ inquit Apollonius eius operis impfe
 ctio calūniā illi summā uidetur asferre: tanq̄ imperfe
 ctē canēti: et impfectē fodiēti: Quinetiā xersis gesta
 cōmemorās eū uirū laudare soleo: nō quia iunxerit:
 sed quia trāsierit, Helespontū. Neronē uero nūq̄ p̄ isth
 mum nauigaturū uideo: nec ad fodiēdi finē p̄uēturū.
 Videtur quoq; plenus timoris e græcia discessurus ni
 si forte illic moriturus: Post hos sermōes uelocissimus
 qdā cursor uenit gades iubēs: ut icole supplicatōes fa
 cerēt: et ter oliporū uictorē Neronē decātarent: Gadi
 tani itaq; uictorie genus itellexere: ut pote: q̄ rebus græ
 corū studētes ī achæia p̄clarū ludorū certamē sciebant
 exerceri: Cætere uero ciuitates: nec qd eēt olympia in
 telligebāt: nec qd illic ludorū, certaminisue celebrare=
 tur sciebāt: atq; ideo cuius rei causa sacrificandū eēt
 ignorabant: sed opinione ridicula tenebantur: bellicā
 quandam uictoriā illam esse arbitantes: q̄ Nero con
 tra aliquos olympios appellatos bellum gessisset, ip̄
 si enim tragediam aut cytharedorum certamina nun
 quā uiderant: Qui igitur byspalim incolebant, ea
 uero beticæ prouinciæ ciuitas est aliquid ab histrios
 ne tragico passi sunt: quod a damide scriptum est ego
 quoq; narratu dignum existimaui: Cum Hispaniæ
 ciuitates iam sæpius pro uictorijs sacrificassent: quod
 Pythica quondam uictoria fuerat nuntiata. Tra
 gicus quidam histrio: qui cum Nerone certare de
 dignabatur mendicans ambibat byspaniæ ciuitates:

arte sua utens a multis barbaris probatur: primo
 quidem: quod ad homines uenerat: qui tragedias nun-
 quam audierant: dein quod Neronis cantus a se emenda-
 tos predicabat. Is igitur hispalim ueniens terribilis
 primo aspectu uisus est, donec in scena tacitus persti-
 tit. Videntes enim ipsum tam alte gradientem, et tam uaste
 hiantem populis superstantem uestibusque tam monstro-
 sis indutum non sine timore eiusmodi habitum admi-
 rabantur. Vbi autem uocem attollens altius clamare cœ-
 pit plurimi tanquam demonis alicuius uoce percussi dif-
 fugerunt, tales erant, tamque simplices hac in re barbaro-
 rum mores. Cum beticæ prouinciæ prefectus sapius Apol-
 lonij colloquium petisset, inuocandam aiebat Apol-
 lonius esse amicitiam suam ijs: qui philosophiæ non da-
 rent operam: Sed cum magis quotidie præfectus eadem pe-
 tens instaret: audissetque Apollonius ipsum uirum esse
 bonum: et Neronis scenas cantusque reprehendere per epis-
 stolam illum admonuit: ut gades accederet. Ille uero omni
 magistratus populo dimissa cum paucis familiaribus eo
 uenit: Saluteque mutuo data, et accepta omnibus arbi-
 tris semotis: quid inter se fuerint collocuti nemo no-
 uit: coniungere autem se damis inquit aduersus Neronem illos
 conspirasse: triduo namque inter se illo modo sunt collocu-
 ti. Postea abiens prefectus Apollonium complexus est cui
 Apollonius: Vale inquit: et Vindicis memento: Quid
 autem hæc uerba uoluerint statim aperiã. Dum in Achaia
 tragicis canticibus incuberet Nero: hispanos ad defectio-
 nem uir quidam, nomine Vindex sollicitabat idoneus certe:
 qui possit fides concidere: quibus inepte cantabat Ne-

ro: Nam apud eos quos iam congregauerat, exercitus
 orationem habuit contra tyrannum ex media philo-
 sophia depromptam. Inter alia nanq; dicebat: Neros
 nem magis esse omnia, q̄ cytharedum. Cytharedū ue-
 ro multo magis q̄ regem, eundem quoq; insania-furo-
 re auaricia lasciuiā omniq; crudelitate corruptū cri-
 minabatur, iam uero omniū ab eo factorum crudeliss-
 simum: q̄ scilicet matrē interfecisset nequaquā illi di-
 cebat crimini dandum esse: se nāq; iure interfectā pu-
 tare, quæ tale portentum peperisset. Hæc igitur ut se-
 se haberent agnoscens Apollonius uindici sociū adiū-
 xit eū: quem diximus prouinciæ beticæ prefectū: qua-
 si pro ciuitate Romana comparans arma: Hoc modo
 rebus in hispania tmescentibus Apollonius socij q; il-
 linc in Africam discesserūt. Inde uero in tyrrhenos de-
 lati sunt: partim nauibus: partim terrestri itinere per-
 gentes illinc rursus abeuntes siciliæ lilybeum tenuere.
 Inde Messanam se cōtulerūt fretum preteruecti: ubi
 cōmixta maria tuscum: & adriaticū difficile nauigā-
 tibus carybdim efficiunt. Ibi de Nerone profligato: et
 de uindice mortuo certiores facti sunt: q̄q; Romanū
 imperium plures inuasērāt: partim romani ciues: par-
 tim alienigenæ, utcunq; contigerat. Cum autē a socijs
 interrogaretur, quonā hæc tandem essent euasura &
 quis esset imperio potiturus: multi inquit thebani. V i-
 res enim quibus breui tempore Galba Vitellius otho
 q; usi sunt thebanis comparabat, qui tempore admo-
 dum breui græciæ tenuerāt principatū: q̄ autem hæc
 diuino quodā spiritu afflatus presciret: q̄q; ij: qui illū

LIBER

incantatorem dicunt non recte sentiant, ea quæ modo
 retuli satis ostendunt. atq; hoc loco pauca de tali re mi
 hi dicendum esse existimaui. Incantatores quoq; quos
 ego omnium hominum infortunatissimos iudico par
 tim torquendis idolis: partim barbaris insuetisq; sa
 crificijs: partim cantibus, aut unktionibus quibusdam
 uacantes, res etiam fato constitutas permutare se asse
 runt: multiq; eorum accusationibus obnoxij tales sapien
 tia præditos esse confessi sunt: Apollonius autem quæ
 fato statuta erant sequens necessario sic euasura esse
 prædicabat, futura autem præsciebat, non incantatio
 nibus utens: sed ex his coniectans: quæ sibi dij immorta
 les ostendebant. Igitur cum uidisset apud indos ui
 naria uasa, tripodesq; ad sua destinata ministeria spõ
 te proficisci: ut diximus, neq; quo pacto id fieret in
 terrogauit: nec ab eisdem petijt, ut se doceret: sed quæ
 uis ab eo collaudata imitari noluit: cum Syracusas Ap
 pollonius, comitesq; uenissent mulier quædam non igno
 bilis monstrum peperit: quale prius uisum non esse
 constabat. Erant infanti capita tria: & eorum sin
 gulis, singula colla, inferius autem unum dumtaxat
 corpus cernebatur: Hoc portetum interpretantes alij
 qui Siciliam: quæ trinacris dicitur perituram aiebant
 nisi in unum conspirauerit: tunc enim ciuitates com
 plures & inter se mutuo, & ab alijs dissidentes sedi
 tionibus magis uexabantur. Alij typhæum: qui & ip
 se plura habet capita dicebant res nouas, siciliæ mini
 strari. Verum Apollonius uocato damidi uade inquit:
 et utrum sicut aiunt compositum sit monstrum uide:

720
 QVINTVS.

erat enim publice expositum: ut esset omnibus & uide
 dendi & diuinandi facultas. Referente autem dami
 de triiceps ipsum ac masculum esse conuocatis socijs
 Apollonius tres inquit erunt Romani imperatores:
 quos ego pridie thebanos appellauit: nec eorum quis
 quam perfecte imperio potietur, sed alij in ciuitate
 ipsa: alij circa finitima ciuitati loca deuoluti peris
 bunt citius: quam tragediarum tyrani personam mu
 tantes, nec multo post sermo, quem dixerat uerus ap
 paruit: Galba enim iam regno potitus in ipsa ciuitas
 te interfectus est. Vitellius autem occidit dum impe
 rij captaret auguria. Otho quoq; apud occidentales
 gallos moriens: honestaq; sepultura carens, tanquam
 priuatus quidam: & ignobilis iacuit. Atq; hæc omnia
 intra anni spacium acta sunt. Post hæc catinam uene
 runt: secus quam ethna mons positus est. Ibiq; a ca
 tinenfibus audiuerunt Typheum illic ligatum iacere
 et ex eo prodire ignem: qui ethnam cõburit, ipsi autẽ ea
 de re uerisimiliores, et philosophis cõueniẽtiores cau
 sas ingrẽtes in hũc modũ differebãt sermonis princĩ
 piũ faciente Apollonio: et socios hoc mō interrogaẽte.
 An nobis aliqd sermo fabulosus eẽ uidetur: eẽ pfecto re
 spõdit Menippus hũc. n. laudãt: et sequũtur poetæ. Es
 sopiũ uero qd esse censetis poetã inqt ille oĩno fabulo
 sum, fabularũ uero sapiẽtes ne aliquos eẽ putatis. Cer
 te inqt Menippus et eas p̃cipue que cũ facte nõ sint, tñ
 ut facte decãtantur: esopi uero inqt Apollonius, q̃les
 uobis uideãtur esse fabule: Rana inqt Menippus et asi
 ni: atq; hmõi nuge pueris aniculisq; narrãde uideãtur:

LIBER

Ego uero inquit Apollonius accommodatiores ad sapientiam Esopi: quæ cæterorum fabulas eẽ cenſeo: Quæ enim de heroibus confictæ ſunt: de quibus tota eſt materia poetarum, audientiũ aures corrumpũt: illicitos, ac nefandos eorum amores referentes ceu fratrum uel ſororum nuptias: & in deos calumniã, & filiorum eſus atq; illiberalia ſcelera: & mutuas altercationes: hæc enim ueluti cum proferantur geſta a poetis homines ad amorem inducunt: & diuitiarum, regniq; cupiditatem, nec ſe delinquere arbitrantur cum deos imitentur: Eſopus uero ſapiẽtiæ cauſa primo quidem talia dicentes non eſt ſecutus: ſed uiam quandam propriam adinuenit: Deinde tanquã bene conditis epulis conuiuas ſaturans ex rebus paruis magna quedam intelligi facit: et fabuloſo ſermone propoſito, ex ipſo quid agendum ſit: aut non agendum oſtendit: Quapropter ueritatẽ magis etiam quã cæteri poetarũ uidetur attingere: illi namq; quaſi p uim probare nituntur, uera eſſe, quæ ab eis dicantur, iſte uero ſermonẽ proponẽs: quem ita, ut eſt fabuloſum eẽ quiſq; nouit aliquid uere dictum, de rebus non ueris eſſe demonſtrat. Præterea cæteri poetæ, cum ſuam narrauerint fabulam, auditoribus uera, nec ne ſit inquirendum relinquunt: Is uero ſermonem quidem falſum referens, & morum præcepta ex eo trahẽs: alicuius utilitatis cauſa loquẽdi falſitate ſenſum eſſe demonſtrat. Illud præterea in Eſopo amabile eſt: quod res orationis expertes loquentes inducit: et quæ ſerio ab hominibus agẽda ſunt operantes quibus homines a pueritia aſſueti: atq; ab incu

nabulis ipsi enutriti opiniones aliquas iam inde ab initio de singulis animabus concipiunt, ut sint eorum: quasi quedam regalia, quedam stolidia: quedam uersuta, quedam simplicia. Insuper cum poeta ceteri dixerit multas esse demonum formas: aut aliquid tale non ulterius opinione declarata imperfectum sensum relinquunt. Esopus autem utilitati orationem applicans eam quam interdebat admonitionem in medium proponit: Me quoque cum essem adhuc admodum puer o Menippe de Esopi sapientia fabulam huiuscemodi mater edocuit. Dicebat enim Esopum aliquando cum esset pastor, iuxta Mercurij templum greges pauisse: erat autem, ut aiebat, sapientiae studiosus amator: et frequenter pro illa adipiscenda Mercurio uota faciebat. Erant uero eodem tempore et alij complures: qui illud a Mercurio petebant. Omnes itaque templum ingressi uaria munera deo tulerunt. Is quidem autem: ille autem argentum, alius eburneum caduceum, alius eiusmodi quid preclarum: Esopus autem cui nec talium rerum suppetebat facultas: et eorum quae habebat parcus erat seruator tantum lactis mercurio libauit: quantum ab emuncta oue potuisset exprimere: tantum etiam faui in ara ferebat quantum manu comprehendere potuisset: Mirrhi quoque baccas interdum, et rosas, aut uio-las dispersas afferens dicebat. Quid opus est o Mercuri, dum ferta texam ouium curam omittere: Postquam igitur statuta dies accessit: qua sapientiae distributio fierenda erat, Mercurius acceptorum munerum memor promagnitudine sumptuum cuique sapientiam partiebatur: et tu inquit quoniam in templo multa obtulisti phi-

LIBER

lofophiam habeto. tu autem in oratorē euadito: qui
 fecundas in donādo partes obtinuisti. tu uero astronomi-
 mīe sapientiam habeto: Tu autem musicus esto, tibi
 heroici carminis: tibi iambici sit facultas. Postq̄ autē
 Mercurius licet mēoria abundans cūctas philosophi-
 e partes inuitus distribuerat, animaduertit se Esopi ob-
 litum fuisse: itaq; de illo cogitās recordatus est fabu-
 la: quam sibi dum adhuc infans fascijs ligaretur
 nutrireretur ī olympo horre narrauerāt de uacca: quæ
 quondam hoī locuta de terra, ac de seipsa quedā enar-
 rans hominem ad solis boues amādos compulit. Hæc
 itaq; secum recogitās Mercurius Esopo fingēdi fabu-
 las dedit facultatem: quæ sola insipientiæ domo reli-
 cta fuerat. habe inquit quæ primum ego didici: Hinc
 itaq; multiformis ars Esopo contigit, tantusq; in fa-
 bularum figmentis euasit. Videor autem absurde egis-
 se: qui cum uelim rationes asferre ueriores, naturæq;
 accōmodatiores: q̄ hæc sint, quæ a plerisq; de æthna tra-
 dūtur ad laudes fabularum orationem conuerterim:
 quāquam, ut puto, non eiusmodi digressio fuit: Fabu-
 la enim quam cōfutare uolumus non apologis esopi si-
 milis est: sed scenæ cuidam grādiori, ac de numero fas-
 bularum: quas plerique poetæ decantant. Dicunt enī
 Typhæum quendam siue Encheladum sub æthna mon-
 te ligatum: montiq; obluētantem hunc ignem anhelā-
 do emittere. Ego autem gigantes fuisse dico: multisq;
 locis diruptis tumulis eiusmōi corpora ostendi: non
 tamen ut fertur, cum dijs pugnasse credo: sed forsām
 deorum ædes ac templa uiolasse: quod autem cœlum

QVINTVS.

aggressi fuerint nec illic deos consistere permiserint dicere insania quædam est: insanius etiam credere. Neque uero oratio hæc: quãuis sit uulgatior a nobis probetur. Vulcanum in æthna fabrilem artẽ exercere: ibiq; indefesse laborantẽ audiri. multi nãq; alij montes diuersis terrarũ locis igniti sunt: nec tamen gigãtes ibi aut uulcanum esse quisquam dicit: Ut igitur montes ardeant causa quædã huiusmõĩ esse dicitur. Terra bitumini sulphuriq; commixta ardet quidem: atque ex ipsa ignis nascitur: quãuis alicubi forsã non emittitur: q̄ si cauernosam terram esse contigerit: ut per ipsam spiritus aliq; ingrediatur, tunc flammam attollit: quæ magis, magisq; aucta, uelut aqua e montibus defluens in campos effunditur: quãdoq; etiam usq; ad mare delata: quasi fluminis cuiusdã hostia facit: nec tamen scelestorum hominum regio putanda est: per quam huiusmodi ignis defluit. Hoc enim forsã alius quis putaret: Nos autem putamus bene agentibus uiris ubique terrarum tutam esse mansionem: & mare facile non nauigantibus modo, sed etiam natare uolentibus: Philosophatus itaq; in Sicilia Apollonius quãdiu materiã contẽplatiõẽ dignã locus suppeditauit, in greciam statuit nauigare arcturi sydere iam occidente, & nauigium satis idoneum nactus: cũ leucadẽ tenuisset: Descendamus inquit ex hac naui: Neq; enim melius est cum ipã in Achayam traicere, cuius uerbis nemo paruit: præter eos: qui uiri uirtutem iam antea nouerãt. Ipse igitur cum his qui dicto audicẽtes fuerãt in leucadiam nauim transgressus ad lecheũ delatus ẽ.

LIBER.

Syracusia uero nauis: ex qua descēderat: dum criseum
 sinum præternauiaret submersa est. Inde athēas ue
 niens sacris iniciatus est: cum templi antistes esset is:
 quem ipse alias futurum prædixerat: inuenit autē illic
 demetriū philosophū: post Nerōis enī balneū uerbaq;
 aduersus illum dicta demetrius athenis constiterat:
 tam generose quæ acciderant ferens: ut neq; eo tempo
 re: quo Nero cantandi certaminibus insaniebat e græ
 cia discesserit: Is aiebat se apud isthmum uidisse Mu
 sonium: fodere iubentem: & quāto maxime poterat
 opus urgentem: quod cum uituperasset demetrius ille
 manibus acceptū ligonem altius terræ impressit. Vnde
 cum oculos auertisset demetrius. Animaduerti in=
 quit Musonius te moleste ferre: q̄ isthmum effodiam.
 qđ uero me passus es: tanquā Nerōnē cythara canentē
 uidisses: & de Musonio qđem dicenda omittantur:
 quæ plura sunt: atq; mirabiliora ne uidear aduersus
 eum audacius insultare qui hæc temere negligēterq;
 narrauit: Apollonius in omnibus græciæ templis per
 hyemem uersatus. ueniente uere statuit in ægyptū p̄
 ficisci: multosq; profectiois eius laudatores inuenit
 Neq; enim siquid præclarū gessisset laudes aspernaba
 tur: Cum igitur in Pyreum uenisset. nauis: quæ para
 ta stabat in portu in Ioniam erat nauigatura: Merca
 tor uero cunctos in eam cōscendere prohibebat: quod
 eam priuatim ipse conduxisset. Interrogante autem
 Apollonio quas merces portatura nauis esset. Deo
 rum simulacra respondit ille in ioniam fero, partim
 ex lapide aurato, partim ex ebore itidem aurato con

103
 QVINTVS.

festa: Tūc Apollonius dijs ne illa dedicaturus? aut qd
 nam factururus illa portas? Immo uero inquit ille dica
 re uolentibus illa uenditurus: Times ne igitur inquit
 Apollonius ne nos, si in nauī fuerimus deorum simula
 cra furemur? Minime quidem hoc timeo inquit ille,
 sed illa cum multis nauigare, & mala societate nauē
 compleri, & inter nauticos uiros simulacra uersari
 graue dijs ipsis, atq; indignum existimabam. At enī
 inquit Apollonius o optime uir, te nāq; atheniensem
 esse censeo, Naues quibus aduersus barbaros usi estis: q̄
 uis nauticis turbis refertissimas uobiscum una dij con
 scenderunt: Neq; tamen a uobis pollui aut inquinari
 putauerunt: Tu autem tam temere nauī prohibes phi
 losophos: quibus maxime dij gaudent: Neq; id aī aduer
 tis: q̄ tu de dijs mercaturam facis: Neq; uero sic anti
 qui statuarij faciebant: ut deos uendituri ambirent ci
 uitates, sed manus dūtaxat & artis suae instrumenta
 secum portantes: cū informē materiam penes templa
 inuenirent deorū conficiebant simulacra. Tu uero tā
 quam hyrcanos aut scythas seruos (absit aut uerbis in
 uidia) sic deos in portus ac nundinas ducens nihil im
 pium facere arbitraris. At qui fama est homies quos
 dam: quia cereris Bacchiue simulachrum attrectare
 fuissent ausi a dijs: quorum simulachra contigerāt in
 furorem esse conuersos: Te aut qui deos in cibum con
 uerteris neq; impia mercatura saturaris: si propter id
 nihil mali ab ipsis timeas insanum dixero: Hāc mina
 tus Apollonius aliam nauim conscēdit. Delatus autē
 in chium: nec suorum quēpiam terram attingere pas

LIBER.

sus in aliam nauim: quæ Rhodum petebat ascendit: so-
 cij quoque ipsum secuti sunt nihil ipsum interrogan-
 tes: nec uerbum faciētes omnino. Ipse enim in primis
 hoc eos docuerat: ut sibi aliquid dicenti, faciente uē pa-
 rerent: Rhodum autem secundo uento delatus, hoc in
 ea insula gessit memoratu dignum: Cū ad colossi sta-
 tuam uisendam accederet, Damis ab eo quæsiuit quid
 illo maius existimaret. Ipe uero philosophum uirum
 respondit, modo recte, ac sine fraude philosophare
 tur. Degebat tum temporis Rhodi canius tibicen:
 omnium, ut ferebatur ætatis suæ tibicinum prestan-
 tissimus. Hunc ad se uocatum Apollonius interro-
 gauit: quidnam arte sua tibicem efficeret: Ille uero
 quicquid uoluerit auditor respondit: At inquit
 Apollonius auditorum plures ditari quam tibiaram
 cantus audire malunt: potes ne igitur diuites illos ef-
 ficere. Minime inquit ille: Quam uero id uellem in-
 quit Apollonius: quid autem formosos ne reddere po-
 tes adolescentes: qui te audiunt: id enim maxime af-
 fectant adolescentes: Nec id quidem possum inquit
 ille: quanuis iocunditatis plurimum afferam: Quid
 est igitur inquit Apollonius: quod auditorem uelle
 putas? quid aliud inquit canius: quam ut mœrenti-
 bus, mœrorem adimam. Letantem uero seipso reddā
 Hilariorē: Amantem quoque callidiorē: Religios-
 sum uero diuino numine correptum: Et ad laudand-
 os deos paratiorē efficiam. An igitur præterea
 cani efficit hæc tibia: quod ex auro, aurichalcoe: aut
 ceruorum: aut asinorum cruribus cōpacta sit: an aliud

QVINTVS.

quiddam est: quod hoc potest efficere: aliud profecto est inquit Apolloni: Musica namq; & modulatio nes: et armoniarum cōmixtio, earūdemq; permutatio diuersis moribus accōmodata auditores mouet: & eorum animos uarie deducens tales reddit: quales tibi cō esse eos uoluit. Intellego inquit Apollonius, quid ars tua possit efficere: eius enim diuersitas: & in omnes modos conuersio auditores uarie affectos reddit: Mihi autem, præter illa: quæ abs te cōmemorata sunt uis detur tibicen alijs quibusdam indigere: Hæc aut sunt ipsius status: eiusq; spiritus bōitas: cōmoditas oris: et manuum dexteritas quædam: habet autem spiritus bonitatem: si lenis sit: ac politus: nec emissus in faucibus obstrepat: id enim in concinam efficit uocem: Oris autem commoditatem, dico si possint labia tibi arum linguam bene complecti: neue incensa ardentiq; facie cātet: Manuū uero dexteritas permulti (ut arbitror) existimanda est: ut neque manuum iuncturæ infractæ sint: neue digiti tardius uocis numeros insequatur: ue lociter enim modulari et ex alio in alium modum trāsire eorum esse maxime puto qui manuum dexteritate ualeant: quod si hæc omnia præstare potes o canis audacter tibicinariam exerce: tecumque euterpe semper erit. Erat præterea Rhodi adolescens ad modum diues: Sed Rudis penitus atque indoctus: is domum præclaram magnis sumptibus edificabat: pictas tabulas: & marmorea signa ad ipsam exornandam undique perquirens. Hunc interrogauit Apollonius: Quantos pro se erudiendo sumptus in

LIBER.

præceptoribus fecisset: Respondente aut illo se ne dra-
 chmam quidem eadem causa erogasse: Rursus interroga-
 uit quod pro construenda domo esset erogaturus: ille ve-
 ro inquit: xij. talenta iam expedit: atque alia toridem ui-
 deor expensurus: Quid ergo ex hac domo tibi uis inquit
 Apollonius? Splendide inquit ille in illa degere: sunt
 enim in ea spacia exercendo corpori apta: Luci præte-
 rea, atque horti, ut raro in publicum prædire mihi sit neces-
 se: Immo est libentius me salutatum accedent homines cum
 domum ornatam: quasi deorum templum sint intraturi
 Dic aut inquit Apollonius utrum propter seipsum: an pro-
 pter illa quæ possident amabiliores homines esse putas?
 propter diuitias inquit ille: plurimum nam diuitiarum pos-
 sunt. Diuitiarum autem o adolescens uter melior est cus-
 stos rudis ne, an eruditus? Cum ad hæc ille conticesce-
 ret: Tu inquit Apollonius, mihi uideris non domum pos-
 sidere, sed ab ea potius possideri: Ego autem in templum
 ueniens multo iocundius in illo si paruum sit eburneum,
 aut aureum signum aspicio: quam in magno corneum et rudi-
 ter elaboratum: Alium præterea conspiciatus adolescen-
 tem uehementer pingue: atque uni studio præcipue de-
 ditum ut plura et meliora: quam ceteri biberet atque come-
 deret: profecto inquit egregie uentri indulxisti: At ille,
 immo inquit pro illo etiam sacra facio: Quid autem inquit
 Apollonius ex tanta uoracitate consequeris? ut omnes inquit
 ille, me aspiciant, atque mirentur, nunquam enim de Her-
 cule audisti cibationes eius pinde ac certamina uolu-
 ptate uidebitibus afferre solitas esse: Sed ille inquit Apol-
 lonius hercules erat, tibi uero quidnam uirtutis inest

749
 Q V I N T V S .

scelestissime: quod in te preclarissimū sit: hoc solū res-
 stat ut nimia crassitudine quādoq; dirūparis. Hæc sūt
 quæ Rhodi philosophatus est Apollonius. Postea in
 ægyptum naui delatus: hæc quæ dicam gessit memora-
 tu digna. Alexandriae ciues absentem amabant Apol-
 loniū & unanimiter omnes aduentū eius desydera-
 bant. Sūt em̄ ægyptij theologiæ plurimū dediti p̄ptes
 rea, ut eorum mores uisurus accedere uehemēter Apol-
 lonius optabat: multis quoq; ex græcia in ægyptum,
 contraq; ex ægypto in græciā transeuntibus: et mores
 institutaq; ægyptiorū narrātibus cupiebat Apolloni-
 us coram quādoq; talia nosse: Itaq; cum e naui descē-
 dens in urbem pergeret: tanq̄ deū omnes aspiciēbant,
 transeuntiq; uelut sacra ferenti omnes cedebāt: cun-
 q; maiore pompa q̄ gentium principes comitatus in-
 cederet: forte predones duo decim capitis damnati ad
 suppliciū ducebātur: eos cū aspexisset Apollonius: nō
 omnes inquit supplicio digni sunt: et digito quendā
 illorum ostendens: ille inquit mētus est. Tūc ad mi-
 nistros: quibus ducebātur conuersus inbeo uos inquit
 cursum sistere: tardiusq; ad supplicij locū accedere: at-
 q; omniū ultimū hunc interfici: is enim sceleris huius
 nequaq; est particeps. Recte igitur feceritis eorū mor-
 tem aliquātulū protrahentes: quoad palā fiat quos oc-
 cidere aut non occidere sit melius. His dicendis q̄ diu
 poterat immoratus sermonē in longū protrahēbat:
 quod alias facere minime consueuit. Cur autē id fece-
 rit: paulo post apparebit. Cum enim octo iam capita
 abscissa essent: eques citato cursu ad supplicij locū ten-

LIBER

dens Faraoni parcite clamabat: nō em̄ latro est: sed de seipso penarū timore mentitus est: atq; alij tormentis ueritatē fateri coacti uirū bonū hunc eē cōfessi sunt: Quātum autē læticia ea res egyptijs attulerit: quiq; in Apolloniū plausus excitati sint superuacū referre puto: cūq; antea uirū oēs amarent: tū uero summa ueneratione sunt profecuti: Cū templum ascēdisset, ornatus: et apparatus: qui in eo erat. preclarus quidē et deo dignus: sapiēterq; institutus uisus est. Taurorū autem sanguinē: et Anseres: et animalia cætera quæ sacrificij causa ducebātur mīme laudabat: et indigna cōiuijs deorū eē dicebat: Interrogāti autē sacerdoti: qua sciētia fretus talia nō sacrificaret: imo potius ueli tū mihi dicas inqt Apollonius: qd nā didiceris: ppter qd tu talia sacrifices: Cūq; sacerdos diceret: qd adeo uehemens ē: ut egyptiorū istituta ualeat emēdare: quilibet sapiens inqt Apollonius etiā si ab indis ueniat: At em̄ ego sacerdos inquit bouē cōburā hodie: tu uero saltē odoris piceps nobiscū fias uelim: neq; n. hāc sortē arbitror dedignaberis: si qdem. et dij ipā fruūtur: Lique scēte igitur tauri corpe respice inqt Apollōius sacra. Quenā uero respiciā inqt ægyptius: Ego. n. hic uideo nihil: Tūc Apollonius iamide inquit: et theleade: atq; clitiade: et oīs oīno melāpodorū diuinatio delirauit optime uir tā multa de igne locuta, tāta s; ab eodē cōiecturas capiēs: quinetiā absurdissimū est: q ex incēsa picea, aut cedro nascitur ignē arbitrari posse diuinationē aliquā nobis mōstrare. Hūc autē qui ex pinguisimis purissimisq; lachrymis manat non multū esse ille

906

QVINTVS.

lo quem dixi prestantiorē ad uaticinia faciendā putā
dum est: q̄ si igneæ sapientiæ peritus esses in solis na
scentis circulo premonstrata uideres p̄ multa. His uer
bis ægyptij sacerdotis curiositatē circa res diuinas ca
uillatus est Apollonius: Cū oīs Alexandria equorū stu
dijs uehementer incumberet: atq; in hippodromo ad
hoc spectaculū ciuitas uniuersa conueniret: Tantaq;
plerūq; oriretur contentio decertantiū ut sese mutuo
etiā perimerent, hunc morē grauiter redarguit A
pollonius: & in templū ueniens desinite inquit mus
tuis cedibus ciuitatem perdere, non pro filijs aut deo
rum templis id facientes: sed magis ut templa pollua
tis: quandoquidem sanguine conspersi ad ea uenitis:
& intra muros cedes tantas preparatis: Atqui troiā,
ut perhibent unus equus subuertit: quē tūc arte quadā
achiui struxerūt: uos autē contra uos ipsos equos ad
currus iungitis: per quos modeste aut quiete uiuere nō
licet: Delemini igitur nō ab atridis, aut æacidis, sed a
uobis ipsis: quod nec ebrij quidē troes unq; fecerunt. Et
in olympijs q̄dem: ubi palestræ: pugillatorieq; luctādi
certamia exercētur: Nemo preter certātes moritur: q̄
bus fors itā ē uenia dāda: si quis enixius aduersus emus
lum contēderit. Vos autē hic pro equis gladios nudas
tis, saxiq; iuicē uos pcutitis: atq; etiā ignis urbi q̄nq;
inijcitur: unde clamor, gemitusq; moricētiū. simul et in
terficiētiū oritur et terra uestro sanguine madet: nihil
ueriti oēm ægypti craterē nilū sed qd ego nilū cōmes
moro apud oēs altius p̄ sanguinē, q̄ per aquā uadere cō
suetos: Multa insup̄ alia in hāc sentētiā locutus gra

LIBER

uiter illos obiurgauit, ut refert damis. Cum Vespasianus apud gætes ægypto finitimas dignitatē imperatoriam sibi asciuisset: atq; illinc i ægyptū trāsiret. Dion & eufrates de quibus postea latius erit dicendū ipsum ab incepto dehortabantur: Nā post primū imperatorē: a quo Romana respublica recte fuerat instituta tam seue tyrannides imperiū inuaserant, ānos circiter quinquaginta ut neq; Claudius: qui itra hoc spatium annos ferme tredecim impauit inter bonos enumerandus uideatur. Is enim annos natus quinquaginta imperiū est adeptus: quo tēpore in hominibus uigere maxime solet ingeniū: erat tamē ad ludos omnes p̄pensior: et quis in ea: quā diximus ætate cōstitutus iuuenilibus astuabat affectibus: ita ut imperiū a mulierculis depasci sineret: a quibus adeo ignominiose interfectus est: ut quis quod passurus esset pre cognosceret, cauere tamē quæ preuiderat nō ualuerit. Apollonius autem quæ a Dione & eufrate dicebantur omittens in his gaudebat, non palam opinionem suā diuulgabat putans hanc materiam eloquentiorē dicēdi characterem flagitare. Veniētī imperatori sacerdotes ægyptij ad portas obuiā p̄cessere: Mysteria legesq; quibus ægyptus regitur secū portātes: insuper philosophi: atq; oēs sapientes eodē uenerūt. Verū Apollonius hæc oīa missa faciens in tēplo cū suis philosophabatur. Impator igitur cū generose benigne hoīes illos non longa tamē oratione allocutus esset, uersaretur ne apud ipsos tyaneus interrogauit: illi uero apud eos ipsum eē respōderunt: atq; illud etiā adiacere se ab eo quotidie

fieri meliores: ubi ergo illū inueniam inquit imperator, multū nāq; illius opera indigeo: in tēplo ipm, ut opinor iuenies inqt Dion: Huc n. ueniēti mihi illic futurū eē pollicitus ē. Eamus igitur inqt Rex: dīs uos ta facturū: et hoīem uere generosum allocuturi: Deinde sermo ab imperatore ortus est: quo pacto dū hierosolimā obsideret de accipiēdo imperio cogitauerat. Apolloniūq; ppter ea acer fierat: ut secū de ea re cōsultaret: ille aut profectiōnē abnuerat: q̄ nollet terram attingere: quā habitatores polluerāt, partim ob ea, quæ ipsi gesserāt: partim ob ea: quæ ab alijs fuerant passi: quapropter in ægyptum uenire constitui: ut prouincia imperiū acciperē, et uirū istum alloquerer: **Q**uæ uero deinceps fuerint collocuti statim explicabo. Sacrificijs peractis impator priusq̄ sufficiēter satis ciuitatū legatis respondisset Apolloniū salutauit: et precabūdo similis regem me facito inquit. Cui Apolloniū feci inquit iam deos adorans precatū sum ut Rex iustus esses: generosus: modestus: et ciuitatū iustus gubernator: et tanq̄ legitimus pater. His sermōibus plurimū gauisus est rex: q̄ auditis illis uniuersus populus in tēplo exclamauit: tanq̄ his: quæ fuerant dicta cōsenticiēs. Cōuersus inde rex ad Apolloniū: quale tibi inquit uisum est Neronis imperiū: cui Apollonius, Nero forsā inquit cytharā aptare nouit: imperiū uero cōtēctiōne remissioneq; dedecorauit: moderatum inquit rex, et in mediocritate constitutū regem eē iubēs: nō ego inquit Apollonius: sed deus ipse: qui æqualitatem mediocritate diffinit: Optimi uero his de rebus cōst-

LIBER

liarij sunt homines isti. Dionē & eufratē digito mō
strans, nondū. n. in contētionē cum illis uenerat. Tūc
manus ad coelū rex attollēs. O iupiter inqt. ut ego sa
pientibus imperē. et mihi sapiētes. et cōuersus ad egyptios: ex me inquit perinde atq; ex nilo quecūq; uultis
haurite: hoc modo paulū respirare uisi sunt egyptij a
malis: quæ iā diu perpeffi fuerāt: cum e templo rex de
scenderet Apolloniū ex manu tenens in regiā duxit:
ibiq; illū his est uerbis allocutus: Vereor inquit. ne for
te supra q̄ deceat iunior imperiū uidear accēpisse: q̄
annum sextū supra quinquagesimū natus regnū inua
serim. huius igitur rei excusationē faciā: ut alios quo
q; mecum simul excusatos reddā: ego diuitiarū cupi
ditati me nunq̄ succubuisse: nec in ipsa quidem adole
scētia meminī: Dignitates uero. et magistratus: qui
Romano imperio subsunt adeo modeste temperateq;
gessi: ut nunq̄ aut elatus nimis: aut rursus humilis ab
iēctusue apparuerim: Res autē nouas moliri ipso uiuē
te Nerone nec temptaui: sed cū ipse imperiū: quāq̄ nō
secundū leges: attamen ab imperatore accēpisset me.
me illi submisi: propter claudiū: qui me consulem. &
arcanorū consiliariū fecerat. Atq; ita me pallas adiū
uet sicut Neronē uidens. tam turpiter inhonesteq; ui
uentem plerūq; sum lachrymatus cogitans q̄ scelestū
hominem summi imperij heredem Claudius sortitus
esset. Vidēsq; rursus post Neronis mortē ad hominem
nihilō meliorem delatū imperiū: ita ut nō minus tur
piter sub Vitellio. q̄ sub Nerone iaceret: tūc aliqd de
illo cupiendo ausus sum cogitare. Primo quidē uolens

QVINTVS.

me ipsum plurimi dignum hominibus exhibere: Dein de quia cum homine crapuloso delitio soq; mihi certā dum esse intelligebā. Vitellius em̄ in se lauando plus unguentū: q̄ ego aquā consumit: ut uideatur gladio percussus unguētum potius q̄ sanguinē emissurus: p̄terea uino uinū supfundens furit: Tesseris insuper ludere nunq̄ cessat. Semper timens ne talorū iactus ipsum fallat: & inter ludū de maximis imperij rebus, utcunq; fors tulerit disponit: Meretricibus etiā subditus nuptis insidiatur, incūdiore inquit amores eē, qui cum periculo habētur: Omitto lasciuias alias innumerabiles, nec tā turpia corā te proferā, neue Romanos q̄ huius imperio subsunt despiciere uidear. Deos igitur duces ad summo: si mihi similis sum futurus: & ex te Apolloni fundamentum accipiam. Te enim ferūt multa de dijs nosse: & curarum mearum quibus mare ac terra subest comitem & consiliariū ascisco: ut si propitia faustaq; a dijs signa dantur hęc agrediar: sin cōtra neq; mihi neq; Romanis utilia: quę cogitavi futura sunt: ne frustra uolentibus deis: & inuitis omnia perturbem: Post hanc orationē Apollonius diuino numine afflatus O capitoline iuppiter inqt: te nāq; presentibus rebus presidere cognosco, te ipsum huic conserua: et istum tibi: Templum em̄ quod impie manus hesterna die incenderūt: hunc uirum instaurare fata decreuerūt: Hęc uerba, cū rex audisset obstupuit: Sed Apollonius. Res ip̄a quę a me dicta sunt demonstrabit: ita ut mei nihil indigeas: tu uero illa agere perge quę recte prudēterq; cogitasti: Forte p̄ eos dies eucit: ut ro

LIBER

mæ domitianus Vespasiani filius contra uitelliū p̄ pa-
 tris imperio pugnaret cūq; hostes in capitolio obsedis-
 set illi clanculū fugiētes templū incenderunt: quæ res
 Apollonio citius inotuit: q̄ si in ægypto gesta fuisset.
 Hæc inter se collocuti ab inuicē sunt digressi: cum Ap-
 pollonius regi diceret nō licere sibi indorū sacra p̄ter-
 mittere: quæ circa meridiē celebrare mos est: Rex autē
 agendis rebus alacriter incūbebat. tanq̄ firmato, sta-
 bilitoq; regno: ob ea quæ ab Apollonio audiuerat. Po-
 stridie aurora iam exorta ueniens ad regiam Apollos-
 nius: quid nam rex ageret ex ianitoribus quesuit: qui
 illum iam pridem surrexisse dixerunt: et tunc scribēs
 dis epistolis uacare quo audito discessit Apollonius
 damidi dicens. Vir imperabit: Iterū oriente sole iam
 reuersus Dionē eufratemq; stantes ad ianuā reperit,
 ijsq; sermonis hesterni cum rege habiti causam scisci-
 tantibus excusationē a rege factā narrauit. suam uero
 super ea re sententiam opinionemq; conticuit. Inde
 intromissus ad regē: Dion inquit et eufrates familias
 res tui iādudum ad fores expectant: rerū tuarum cus-
 ratores proculdubio diligentes: illos igitur uocari ius-
 be: ut etiā ipsi communibus sermonibus intersint: cū
 sint uiri sapientes: Tunc rex ego inquit sapientibus uis-
 ris fores patere semper uolo: tibi autem non fores mo-
 do sed pectus etiam meum apertū esse. Illis igitur in-
 tromissis ego inquit rex o uiri hesterno die corā Apol-
 lonio uiro generoso propositi mei excusationem feci.
 Audiuimus ipsam inquit Dion: neq; a ratiōe uidetur
 fuisse aliena: Rex itaq; sermonem p̄secutus hodie in-

169
QVINTVS

quit amice dion ifimul philofophabamur de his: quæ
 agēda eē cōfultauimus: ut q̄ optime ad oim hoim falu
 tem accōmodatiffime fiant: Cum enim aiaduertērem
 primo qdem Tiberium in crudeliffimā imaniiffimāq̄
 tirānidem impiū transmūtaffe: Deinde Caiū bac
 chanalibus infanientē: Lydia ftola indutū, bellorum:
 quæ nūq̄ fuerant uictorem in ciues Romanos temere
 debacchari. Deiceps bonū claudium: qui mulierū amo
 re attonitus: non impij folum: fed uitæ etiā est oblitus
 figdem ab ipfis: ut fertur iterfectus fuit: Neronem uer
 ro qd cōmemorem. De quo breui, et oia illius acta cō
 plectenti fentētia fatis dixit Apollonius, q̄ intenfiōne
 remiffioneq; impiū deformauerat. Quid autē Gal
 bæ turbationes referam: qui in medio foro interrem
 ptus est cum fibi meretricios filios adoptaffet. O tho
 nem & Pifonem: quod fi Vitellio omniū fceleftiffimo
 imperium cōcefferimus reuixiffe Nero uidebitur: Hac
 itaq; uiri cū animaduertērem: & per eos: quos retulē
 tyrannos in fummum dedecus ignomiāq; deductū
 imperium uiderē: confultores uos elegi deliberaturus
 quo pacto illud hominibus iā inuifum odiofumq; con
 ftituere fit opus. Ad hęc Apollonius tibicen qdam in
 quit ualde fapiens difcipulos auditū mittebat ineptif
 fimos tibicines: ut ex eis quo pacto canendum non ef
 fet adicerent. Tu itaq; rex quomodo imperandū non
 fit: ab his q̄ male iperarūt iam didicifti: quomodo au
 tem oporteat imperare deinceps cōfyderabimus: Tūc
 Eufrates clanculum iam Apollonio inuidens quod ei
 plus adhibere fidei regem uidebat: quam oraculis fo

leant ij. qui ad ea consulenda accedunt: ac propterea
 supra modum inflatus, cum altius, quã consueuerat
 uocem tulisset: nõ opus est inquit pro eorũ successibus
 cuiusdam adulari: neq; cũ illo temere efferrı: qui p̄ter
 rōnem aliquid egerit sed magis reprimere, cohibereq;
 tales decet: si ueri philosophi sumus: quæ enĩ utrũ agē-
 da essent, consuluisse prius oportuit: ea quo nã pacto
 sint agenda, nos dicere iubet: nondum sciens, an de res-
 bus uere agibilibus sermo sit futurus. Ego autem Vi-
 tellium funditus perdendum iudico: q̄ uirũ sceleratũ
 esse sciam: & in oẽm libidinem lasciuiãq; profusum
 Te aut cum uirum bonũ generosumq; cognoscam des-
 cere non censeo Vitellium emẽdare: Te uero ip̄m igno-
 rare. Quãtas uero iniurias, cõtumelia sue Monarchiæ
 pariant, nõ ex me discas oportet: cum earũ plerasq; iã
 enumeraueritis: Nec iuuentutem ignoras: Vbi cõpos
 tyrannidis facta sibi fuerit consentanea opari. Tyrã-
 nidem nanq; exercere tam est iuuentæ cõsentaneum,
 quam amare, & ebrietati indulgere. & iuuenis ty-
 rannidem habiturus, nondum omnino uitiosus habes-
 tur si preter tyrannidem homicida: si crudelis: si
 lasciuius fuerit. Sin uero senex ad tyrannidem ac-
 cesserit: primum quod talia cupiens id fecerit accu-
 sabitur: quod si humanus benignusque apparuerit,
 non personæ: sed ætati tribuetur quæ in eo iam per-
 fecta: & tanquam bonis condimentis imbuta sit. in-
 super si quis iuuenis in hoc peccare concupiuerit, eius
 peccata partim timiditati tribuentur partim infor-
 tunijs: nisi sunt enim pleriq; qui tyrannidem occupas-

Q V I N T V S .

runt qui eam deposuere: q̄ ip̄os fortunæ suæ p̄cēnitere: aut alijs occupare uolētibus obstitere, ne plusquā uirū timere cogerētur. Sed nos: quæ de infortūijs dici possent omittamus: timiditatis uero culpā quo pacto uitabis p̄sertim cū uidearis Neronem metuisse uirum oīum timidissimum atq; ignauissimū: Quæ enī in ip̄sum uindex meditatus est ea p̄ herculem nunc prima excusationē omnem excludunt: Tu enī exercitū habebas: & copiæ: quas cōtra iudeos ducebas cōmodiores erant ad supplicium de Nerone sumendū: illi enim iā dudum descuerant, non a Romanis tantū: uerum etiā ab hominibus uniuersis. qui enim uitā a cæteris separatam uiuentes: neq; mensa cum cæteris: neq; sacris: neq; cerimonijs ullis communicant: hi magis a nobis distare uidētur, quam susæ: aut bætra: aut horū utrisq; que remotiores indi. Nō igitur decuit rebellātes istos ulcisci: quos melius fuerat non uicisse, Neronem uero omittere: quem nemo non manu propria optasset interficere: qui potu, ut sic dixerim humani sanguinis gaudebat: & in medijs cædibus cantabat. Et ego quidem ad rumores qui de te ferebantur, erectas aures semper habebam: Cumque illinc aliquis ueniens tria iudeorum milia abs te narraret interfecta: Rursus que in pugna alia quinque millia: Ego uenientem seorsum apprehendens interrogabā: cur nō ipse maior aliquod facinus aggreditur: Nunc autem cū aduersus Vitellium bellū susceperis, quæ agēda cōsulisti p̄sequere. Sunt enī et hæc laude digna: Sed quæ post hæc sequentur ita mihi tradēda uidētur: Romana ciuitas

LIBER

populari gubernatione plurimū gaudet: magnā enim
 eorum quæ possidet partem, sub eiusmodi gubernati
 one adeptā est. Omitte igitur monarchiā de qua tam
 multa dixisti, & potestatem romani populi in inte
 grum restitue: tibi uero hanc gloriā uendica, ut liber
 tatis initium abs te romani accipiāt. Dum hæc loque
 retur eufrates, animaduertit Apollonius Dionē quo
 que in eadem esse sentētia, quod mitibus: & breuibus
 uerbis ostenderat: quibus dicentem laudabat eufratem
 An igitur inquit Apollonius: his quæ dicta sunt aliqd
 addere uult Dion. Certe p Iouem inquit ille, nam ali
 cubi minus recte dixisse uidetur Eufrates: Quod eim
 melius fuerat Neronē perdere: quā iudeos oppugnare
 merito contra te dictum o rex uidetur: tu enim labo
 rasse uideris ut insuperabilis euaderet Nero. Nam qui
 orientes aduersas turbationes cōpescuit, ac sedauit. Is
 eum aduersus omnes: quibus postea malefecit cōfirmas
 se uidetur. Bellum autē contra Vitellium susceptū lau
 do: constitutam enim iam tyrannidem soluere. maius
 puto q̄ eandem nascētē opprimere. Popularem quo
 que gubernationem ueneror: quæ licet optimatū im
 perio inferior habeatur, tyrannide tamen & pauco
 rum potentia eligibilior est. Vereor autem ne tyran
 nidi iam assuefactis Romanis difficilis sit huiusmodi
 permutatio, ita ut neque in libertate degere, neq; ad
 popularem gubernationem respicere possint: ceu q̄ ex
 tenebris in summā lucem repente deducti splendorem
 lumis perferre nō possunt: Quapropter censeo Vitel
 lium quidem impio priuandum esse, idq; quanto fieri

citius pōt agendum suadeo. ac te qdem bellum aduer-
 sus ipsum parare dico oportere: illi uero non bellum,
 sed supplicium indicere si ipsum ceperis anteaquā im-
 perium deponat: quod non multo (ut arbitror) labore
 assequeris. Posthęc Romanis facultatem perimite q̄
 cunque uoluerint gubernandę repub. eligendi formā
 quod si popularem elegerint gubernationem, conce-
 de: id enim tibi multis regnis, multisque olympicis ui-
 ctorijs erit gloriosius. & ubique in tota ciuitate pin-
 geris: ubi aeneę statuę tibi erigentur: nobis uero mate-
 riam sermonum suppeditabit: ita ut neq; harmonius:
 neq; aristogiton tibi conferri possint. si uero monar-
 chia magis illis placuerit, cui potius, quā tibi tradent
 imperium? nam quod uolens in commune contuleris,
 tibi certe potius quam alij cuiquam dabunt. Posthęc
 uarba silentium aliquādiu secutū est: regisq; facies mē-
 tis internum certamen indicabat: Namq; cum omnia
 tanquā imperator ageret diceretq; tunc eorum. consi-
 lijs auerti, dimo ueriq; imperio cōstabat: Abrupto au-
 tem silentio Apollonius pernimum inquit uiri abers-
 rare mihi uidemini qui regem ab his: quę iandudum
 consultauerat deterrētes in puerilem ambiguitatem
 & huic tempori minime oportunam conieceritis: si
 mihi enim uires habenti: quas nunc is habet: consulē-
 tiq; quid boni per eas hominibus afferre possem hoc
 modo consuluissetis: recte nimirum uestra processis-
 set oratio: philosophicę enim sententię philosophos
 auditores emendant: & corrigunt: homini autem cō-
 sulentes imperijs & magistratibus assueto: & cui

LIBER.

deposito principatu calamitas ultima & perniciēs ī
 minet: quid mirari opus est si a fortuna oblata mune
 ra non repudiet: Rectum enim meo iudicio fuerat: ut
 illa uenientia susciperet, hortariq;: ut ipsis modeste,
 & prudenter uteretur. Si q̄s enim athletā p̄cero cor
 pore magnoq; animo paratū, & membrorū proporti
 one bene cōpactum in Achaia ad olympios ludos pro
 ficiscentem intueretur, accedensq; fortiter contra ad
 uersarios pugnare cohortaretur, iuberetq; illū parta
 uictoria ne se preconis uoce uictorē declarari p̄mitte
 ret: neue coronam ex apio acciperet delirare profecto
 & aliorum labores illudere uideretur. Idcirco nos ad
 presens cogitantes: quātas hic uir copias hēat: quāq;
 armis & omni apparatu instructas: quale insup, quā
 tumq; habeat equitatū: ipse præterea q̄ generosus, mo
 destusq; & quæ agenda statuerit perficere potens ad
 incepta p̄ficienda mittamus; omnia fausta p̄pitiāq;
 ominantes: eiq; his etiā fœliciora pollicentes. Neq; ue
 ro id forsitan cogitatis duos ip̄i filios esse duorum iā
 exercituū duces: q̄bus nisi imperium tradiderit inimi
 cissimus usurus est: Quid igitur sibi reliquū fiet: nisi
 ut contra p̄priam domū bellum gerere cogatur. Sin
 uero imperium susceperit coletur a filijs ip̄seq; in se
 metipso: in illo autem filij innitentur: eruntq; patris
 custodes, non mercenarij, coacti, non uultu, beniuolen
 tiaq; simulantes: sed aptissimi, coniunctissimi, & ami
 cissimi. Atque ego quidem de nulla Re. P. sum sollici
 tus. Viuo enim sub dijs. Hominum uero gregem, ob ca
 rentiam iusti modestiq; pastoris detrimenti quippiā.

112
 QUINTVS

p̄ati moleste fero. sicut enim uir unus alios uirtute superās popularem gubernationem ita transmutat: ut unius hominis imperium eē uideatur, ita unius hominis principatus ad cōmunem utilitatem omnia diris gens atq; disponēs instar populi merito habēdus erit. Non soluisti dicet quispiam Neronis tyrannidem o eu frates, neq; tu Dion atq; tu Apolloni, non tamē quispiam nos p̄pterea increpabit, neq; timidos reputabit si cum plurimi philosophi innumeras iam tyrannides deiecerit, nos in hoc illis inferiores habebimur: quod nihil unquam pro libertate egisse uideamur: quamquam ego quoad fieri per me potuit Neronē sim persecutus: multa inter disputandum contra eum dicens pluribus etiam in crudelissimum Tigillinum: dum præsens esset inuectus: Nam quod in Hispania uindictam audiui, In Neronem propugnaculum parare uisus sum: Non tamen ob hoc me dicam tyrannum deieciisse: neque uos: qui talia non egeritis molliores: quam philosophos deceat arbitrabor: Oportet enim philosophum: quæ in mentem ueniunt ea proferre, modo rationem habeant, ne quid stulte, ne quid insane furiose dicat. Viro autem consulari: qui tyrannum deponere meditetur, Primo quidem magno consilio opus est: ut improuisus negocium aggrediatur: deinde occasione quadam conuenienti ne peierasse uideatur: Si enim aduersus eum qui se ducem exercitus constituit: & cui recte consulere: & pro quo acturum omnia iurauit arma sit illaturus. primum apud deos excusare se oportet: ut eorum cons

•LIBER

sensu peieret. Multis insuper amicis indiget: neq; eni sine presidio, ac stipatoribus aggredi rem eiusmōi potest. Pecunijs insuper multis ad vires comparandas egebit: is presertim: qui hominem sit iuasurus ubique terrarum dominātem: otii quoq; ad hęc molienda tēpusq; longissimum requiritur. Atque hęc: utcūq; uultis accipite: nunquā enim quę cogitauimus permutātes ita redarguemur: sicut iste: Fortuna enim certātes quādoq; nō adiuuat, insup quales de illo sermones in uulgus futuri sunt considerandum est si eū: quē heri imperatorem a ciuitatibus hoc ipō in templo coronatum iura populis dantē omnes uiderūt: hodie uideant per preconem edicere post hac regno dimisso priuatum se esse uicturum: q; regnū incōsulto, ac temere inuasisset. Insuper sicut cogitata ad finem perducēs promptissimos custodes habiturus est: eos: qbus confisus talia aggressus est, Ita si mentem ab his quę antea agenda sibi uisa fuerāt, pmutauerit acerrimis hostibus iisdem utetur. Hęc libenter iocundeq; audiens rex in anima inquit habitas mea: neque enī aliter tam clare: quam cogitauerim exprimere potuisses: Te igitur sequar: Nam diuinum esse arbitror quicquid ex te p̄dit. Propterea quęcūq; facere bonum regem oportet me doce. Tūc Apollonius: nō a me docēda inquit o rex p̄scis, regnum enim maxima res est oīum: quę apud hoies sint nec ullo pacto doceri p̄t. Verūtamen quę agēdo recte agere meo iudicio uideberis, ea referam. Diuitias igitur primū magni existima: nō quę ī occulto repositę iacēt: q; dei he ab harenę cumulo differūt: nec

ea quæ ex collatione tributorum a gementibus homi-
 nibus proueniunt. Atrum enim sordidumq; putandū
 est aurum: quod ex lachrymis oritur. Diuitijs autem
 optime supra reges omnes uteris: si cum egentibus eas
 communicaueris. Diuitibus autem permittes: ut fa-
 cultatibus suis tuto frui possint. Ne tibi liceat quæcū-
 q; uolueris caue. sic enim rebus modestius uteris. Emis-
 nentiores spicas quæcūq; supra cæteras se attollūt nō
 amputato, iniusta em̄ est in hoc Aristotelis ratio. Sed
 difficiles homines molestosq; potius tanq̄ spinas e se-
 getibus aufer, & res nouas molietibus. terribilem te
 ostende, minitendo tamen, magisq̄ puniendo. Lex uero
 tibi etiam rex dominetur: eris enim in illis ferens
 dis modestior: si tu quoq; ipsas nō cōtēpseris. Deos nūc
 magis q̄ antea uenerare, maiora nāq; ab illis accēpi-
 sti pro rebus etiam magnis illos precare: Quæ ad im-
 perium attinent, tanq̄ Rex administra: quæ autem ad
 corpus, tanq̄ priuatus. Talos autem, & ebrietatē, &
 amores, ut fugias quid te moneam? qui nec etiā, dum
 ætas ad illa te ferebat, unq̄ talia, ut aiunt laudasti. Fi-
 lij duo tibi sunt o rex: & hi quidem, ut fertur genero-
 si: ipsis igitur fortissime impera. Nā si illi aliquid for-
 te deliquerint tibi profecto calumniam afferent. Mi-
 nitare quoq; te illis regnum non traditurū nisi boni,
 honestiq; esse perseuerauerint: ne tanq̄ hereditatem
 aliquā imperium existiment, sed quasi uirtutis bones-
 tatisq; mercedē. Voluptates romanis insitas, hæ uero
 multe sunt, oportet meo iudicio paulatim auferre:
 difficile. n. est populū ad uitam oīno modestam repen-

LIBER

te traducere: sed oportet mediocritatē quandā illorū
mētibus: partim aperte: partim occulte inserere: quo
facilius illos emendes. libertorū autē: et seruorū quos
tibi imperiū concessit, delicias aufer: eo humilius ser-
uire ipsos assuefaciens, quo maiori dominio subditi
sunt. Nūc de ducibus aliquid restat dicere: qui ad po-
pulos gubernādos proficiscuntur, nō sane de his: quos
ipse dedita opera mittis. His enī ex optimorū nume-
ro lectis magistratus dabis: sed de his loquor: qui fors
te magistratus accepturi sunt: hos enim gentibus: ad
quas gubernādas: eos mittes accommodatos esse dico o-
portere: quod fors patitur, ut qui græce sciūt, græcis
presint: qui autem Romane loquūtur, his presint, qui
eandem locutionē habēt: Cur autē hoc mihi in mētem
uenerit explicabo. Dū in Peloponeso uersarer uir græ-
ciæ p̄sidebat ignarus græcæ lingue: ita ut nec ipse græ-
cos: nec ipsum græci loquentē ullatenus intelligerent:
errabat igitur ipse plerūq; , et in multis etiā fallebas-
tur: socij nāq; , et iudiciorū ministri pecunia corrupti
peruerse causas iudicabāt calūnias in presidē uelut in
seruū referētes. Atq; hæc sunt o Rex quæ hodie tibi di-
cenda cēsui: alias etiā plura loquar nunc quæ ad regni
gubernationē attinēt p̄sequere, ne subditis eius ocio-
sus uideare. Tūc eufrates. Ego quidē inquit his quæ di-
cta sunt assentior: Quid enim aliud post magistrorū
orationē facere possum: Hoc tamē: quod omissum uis-
detur subiiciam, philosophiam o rex: quæ de rerū na-
tura est cole, ac uenerare: quæ uero de dijs loqui se pro-
fitetur omitte, ac reijce: tales enim philosophi de dijs

mentientes opiniones multas: & insanas nobis ingerunt. Hoc uero aduersus Apollonium dicebat: qui nihil ea re commotus una cū socijs abiit: studijs suis operam daturus: Cum eufrates absentē Apollonium audacius inuehi pararet, aduertit id rex: eoq; repulso uocante inquit eos qui imperatoris opera indigent: & consilium in suam formam redigatur: neq; animaduertit eufrates eā rem sibi ipsi calūniam attulisse: inuidus em̄ contumeliosusq; a rege iudicatus est: Quos autem de gubernatione populari sermones habuerat, nō q̄ ita sentiret locutum fuisse cōstabat: sed ut Apollonio aduersaretur in his quæ de imperio opinabatur. Non tamen illū a se dimouit imperator: aut illū iracū diæ signū contra eum ostendit: neq; dionem laudauit, qui cum eufrate sentire uisus est, atq; eundem amare non destitit. Iucunde enim disputatiōes audiebat, cōtentiones autē pertinaces oderat: & iucūditatē quādam in oratiōe p̄ferebat, qualē tēpla peractis sacrificijs adhuc fumātia spirāt: Apolloniū autē rex non solū amabat: sed antiquorū facta recēnti assistebat plibēter, iucundeq; illū audiebat: cū de Faraote indo referret: et flumina belluasq; in idia repertas describeret: multo autē magis cū differeret qualia, quātaq; dij im mortales erga iperū portēderēt: Rebus deide ægypti compositis cum discedere statuisset imperator secum ducere uolebat Apolloniū: qui sibi tunc eundum nō censuit his rationibus se excusans: q̄ nondum totam uidisset ægyptum: neq; gymnosophistas esset allocutus, cū uehemēter cuperet indorū scientiā, ægyptiorū

LIBER

sapientiæ comparare: et ex fontibus bibere unde nilus
 oritur. Rex igitur animaduertens peregrinationē in
 æthiopiam ipsum meditari nunquid aliquādo nostri
 recordaberis inquit. Per iouem inquit Apollonius re
 cordabor: si rex bonus eē perseuerabis: et tuimet ipse
 meminervis, post hæc sacrificijs in tēplo peractis, rex il
 li munera publice pollicitus est: ipse uero: tanq̄ acce
 pturus, quænā inquit munera mihi dabis: cui rex decē
 tibi nunc inquit dabo. Cū aut̄ Romā ueneris oīa mea
 tibi dabo: oportet igitur iquit Apollonius tuis rebus
 tanq̄ meis parcere: neq; nunc particulam ullā ex eis
 distrahere, quādo omnia mea sunt futura: sed horū o
 rex curā hēre uolo: q̄ nōnullis indigere uidebūtur, ma
 nu monstrans eos: qui cum Eufrate erant. Ipsos igi
 tur audacter q̄dcūq; uoluissent petere iussit rex. Erus
 bescens autem dion concilies me uelim rex precepto
 ri Apollonio: pro his: quæ aduersus eum dixisse uisus
 sum: cū eius orationi antea nunq̄ contradixerim: Eius
 uerba rex collaudans: heri inquit ab ipso petij: et iam
 omnino peractum est: tu autem munera in super quæ
 uis pete: Tum dion lastenes inquit: ex apamea: quæ in
 ponto est oriundus iam pridem una mecum philoso
 phatus chlamidē postea et militarē uitam adamauit.
 Hunc quoniam philosophiā rursus cupere tradūt mi
 litia missum facias rogo. Ipse enim hoc uehemēter cu
 pit opus itaq; nostrum utriq; pergratum facies: mihi
 quidem ut illum possim uirum bonum efficere: illi au
 tem ut arbitrio suo uiuere possit. Tunc imperator mi
 litia inquit solutus lastenes esto: quæ uero militibus

714
QVINTVS.

merces datur eam quoq; sibi Dari iubeo: quando te at
 q; philosophiam amat. Inde ad Eufratem se conuer-
 tit: qui cū in epistola scripisset id: quod petebat a re-
 ge sibi eam quasi seorsum lecturo porrexit. Volens au-
 tem rex Apollonio et eufrati materiam quandā ser-
 monum præbere coram omnibus Epistolam legit. Pe-
 tebat autē eufrates munera partim sibi, partim amis
 cis suis, munera uero pecuniæ erant: atq; aliquid etiã
 supra pecunias. Ridens igitur Apollonius quomodo
 inquit tam multa de populari gubernatione disseru-
 sti, tanta munera a rege petiturus: Et has quidē discor-
 diarum: quæ inter eufratem & Apollonium extitere
 causas inuenio fuisse: Cum ex ægypto rex decessisset
 mordacioribus uerbis inuicem altercarunt: et eufras-
 tes quidem iracunde Apollonium cōuitiatur. Apol-
 lonius uero philosophice magis illum arguebat: ratio-
 nem asserens eorum: quæ ipsi obiciebat. Quid igitur
 in eufrate reprehenderit Apollonius: q; aduersus phi-
 losophiam egisse uideretur ex Apollonij ad Eufratē
 scriptis epistolis intueri licet, quas ego huic operi in-
 terferendas non putau: quia non eufratem uituperas-
 se sed Apollonij uitam his: qui eam ignorassent notā
 facere constitui: Id autem: quod de ligno dicitur: con-
 stat autem in Apollonium dum disputaret illud fuisse
 se coniectum, non attigisse autem ipsum multi quidē
 eius impotentia tribuunt: qui proiecit: ego autem ra-
 tioni eius: qui petebatur adscribo, q; sic uisus est ira-
 cūdiam uicisse: cum dionis philosophia rhetoricis pi-
 gmentis nimium compta nimisq; ad audientium uos

*gl' iudicium
 ipse uer
 tant in hunc
 ueritatem*

LIBER

luptatem accommodata uideretur Apollonio, ut illi emendaret o dion inquit tibia, & lira potius quam oratione modulare. In plerisque etiam locis epistolarum: quas ad dionem scribit illecebras orationis eius reprehendit. Quod Romam ad regem non uenerit Apollonius: neque ipsum post discessum ex egypto sit alio locutus: quamuis per litteras ab eodem sepius fuerit accersitus, causas adaperiam. Nero gratiam liberam dimiserat preclarius aliquid, quam sui mores exigerent operatus: & ciuitates ad mores atticos. Doriosque redierant, & ob earum concordiam omnia florebant. Verum tanto bono diutius perfrui gratiae non licuit. Adueniens enim Vespasianus libertatem abstulit: & seditionibus in urbibus concinatis multa crudeliter, iracundeq; aduersus eas gessit: Haec igitur non his modo: qui talia patiebantur, Verum etiam ipsi Apollonio uidebantur grauiora: quam imperij mores expeterent quapropter epistolas huiusmodi ad regem scripsit. Apollonius Vespasiano regi salutem. Audio te gratiam redegerisse in seruitutem: atque ob hoc aliquid Xerse plus habere te arbitraris oblitus propterea uideri minus aliquid habere, quam Nero: ipse enim quod habebat sponte te repudiauit Vale. Alia insuper talis fertur: Cum te graeci calumnientur quod liberos existentes in seruitute redegeris. quid mea familiaritate: aut, colloquio indiges Vale. Alia quoque talis extat. Ludens Nero graecos liberauit: tu autem serio laborans in seruitutem redigisti: Vale. et haec quidem sunt in quibus Vespasianum accusat Apollonius, cum tamen audiret ipsum res omnes im-

perij egregie disposuisse non occulte letabatur existi-
mans hac in re magnum aliquid bonū fuisse operatū.
Mirabile quoq; est illud: qđ in ægypto adhuc existēti
contigit Apollonio: Vir quidam leonem māsfuefactū
ex loro ueluti canem, quocunq; uoluerat ducebat, Leo
autem non modo ei: qui se ducebat blandiebatur, sed
cæteris omnibus qui obuiam accessissent. Tali modo
uir mercedem querens multas iam lustrauerat ciuita-
tes: quinetiam templa ingrediebatur q̄ mundus a cœ-
dibus esset: et impollutus, neque em̄ hostiarū sangui-
nem lambebat, & excoriatas atq; in frustra diuisas sa-
crorum carnes non attingebat: sed mellitis placentis,
ac pane etiam, et oleribus uescebatur, coctas quoq;
carnes edebat: & uinum quandoq; bibere iuisus est cū
antiquam seruaret cōsuetudinem. Is itaq; Leo ad
Apollonium ueniens: qui tum forte in templo sedebat,
& ad eius genua procumbens humiliter etiam, quam
homines faceret supplicare uidebatur: quod uidentes
qui astabant mercedis causa id facere arbitrabantur.
Respiciens autem ipsum Apollonius: hic inquit Leo
me rogat: ut uos doceam hominis animam se habere.
est autem amasis, quondam ægypti rex: Quibus uer-
bis auditis Leo mirabiliter fremens lachrymabilem
rugitum edidit, tum dentibus infrendens cum plora-
re proculdudio uideretur, apertissime lachrymas
fundebat: Demulcens igitur ipsum Apollonius: ego
inquit Leonem censeo Leontopolim mittendum esse:
ibiq; in templo collocandum, regem enim maxime in
regiā belluā cōuersum tanq̄ egenū, mēdicare indignū


LIBER

iudico: Post hæc congregati sacerdotes amasi sacrificarunt: & belluam torquibus, uictisq; redimitã in interiorem egyptum misere. tibijs ante ipsam carmina, & hymnos decantantes. Apollonius autem iam satis Alexandria mansisse ratus reliquam egyptum lustrare, atq; inde in ethiopiam transire constituit: Gymnosophistas alloqui cupiẽs: cũq; animaduerneret Menippum ob eã, quã a se audierat audacius iam differentẽ: & orationis uehemẽtia plurimum posse: quasi quoddam eufrati obstaculum futurũ ibidem illum reliquit. Dioscoridem quoq; ad peregrinationem tolerandam inualidum agnoscens comitem renuit: ceteris in unũ conuocatis: qui plurimi ad se confluerant post eos: qui penes aritiã ipsum deseruerant, peregrinatiõis suã propositum manifestauit in hunc modum locutus. Ego amici uiri olympica oratiõẽ hoc tẽpore apud uos utendum censeo: quã talis quondam esse cõsueuit. Elidenses cum olympicorum certaminum tempus propinquaret athletas suos dies. xxx. in ipsa elide iuebant exerceri. Deinde in unum congregatos sic alloquebantur. Itis in certamen o ciues: & uiri estis, uincere potentes, cum uero in olympiorum campum uenissent, ad eosdem certaturos his uerbis utebantur. Si iam sufficĩter elaborastis: ut in olympijs certare possitis nec ignaue quippiam aut humiliter estis facturi audenter stadiũ intrate. qui uero non ita paratus est: quocunq; uult abeat. Intellexerunt socij quid uellent eiusmodi uerba: atq; ex eis circiter uiginti cum Menippo remansere, ceteri uero decem fuerũt, ut opinor

SEXTVS.

deos ꝑcati sacrificijsq; tanq̄ nauigaturi peractis uer-
sus Pyramides iter cœperunt, Vehēbatur autē camelis
q̄ dextra Nilum habētes: plerisq; uero i locis ꝑ ip̄m flu-
uium nauigabant ut melius quæ in eo essent oīa con-
templarētur: nec ciuitas fuit ulla nec templum nec sa-
cellum ad quod uisendum non accederent: Sacerdotes
quoq; omnes adierunt: partim eos aliqua docētes par-
tim etiā ab ipsis nōnulla discentes: & nauis in qua ue-
hebatur Apollonius speculariæ similis erat.

PHYLOSTRATI DE VITA
APOLLONII TYANEI
LIBER SEXTVS.



Thiopia totius terræ: quæ sub so-
le est occidentale cornu occupat
sicut india id quod spectat ad or-
ientem & secus meroem: ægy-
pto cōiuncta: & ad incognitā li-
bye ptem porrecta mari terminat̄

tur: quod Oceanū poætæ uocant, uno eodēq; nomie to-
tum quod terram ambit mare nūcupantes. Fluuium
autē Nilum ægypto tribuūt: qui ex catadupis initium
sumens: ægyptum quam uniuersam inundat ad Ethi-
opiam ducit: Magnitudine quidem india non confes-
renda est Ethiopia neq; ulla alia cōtinentis pars, quæ
hominibus nota sit: quod si totam ægyptū totæ ethio-
piæ adiiciamus, id enim facere fluuiū arbitramur, non
tamē ambæ coniunctæ india magnitudinem adæqua-

LIBER.

bunt. In utraq; uero fluij sunt inter se similes indus ac nilus si quis eorum opera aiaduuerit: Ambo enim continentem irrigant æstatis tempore, cū maxime id terra expetit: soliq; fluiuorū crocodillos ducunt: & flumiales equos mysteriorūq; rationes utrisq; pares. Multa enim indorū ritu sacrificia in Nilo fiūt. Terrarum uero similitudinē testantur armenta utrobique nascētia. Leones p̄terea & Elephantī: qui in utraq; capti seruire coguntur. Præbet insuper utraq; feras: quæ alibi nusquā repiuntur: & homines nigros aliæ nullæ continētis partes ferunt. Pygmeorum quoq; et latrātium gentes in earum utraq; reperiuntur: & alia huiuscemodi innumera miracula. Indorum autē griphes, & ethiopū formicæ quāquam sint forma dissimiles eadem tamē agere student, nam aurū utrobique custodire perhibentur & terrā auri feracem ad amare. sed de his satis, nostra autē oratio ad uirū rediens, quæ ab eo fuerint gesta narrabit. Cum ad loca uenisset Apollonius ubi ægyptus Ethiopiq; terminatur. Sicaminum autē illa uocant, aurū non signatum inuenit. Linum præterea atq; ebur: & herbarum radices uarias unguētum insuper: & diuersorū generum aromata. oīa autem in uia passim iacebant certas in partes distributa: quid autē ea res sibi uelit ostēdam. p̄manet enim nostra et ætate eiuſcemodi consuetudo. Forū namq; ethiopes instituūt earum rerum quas fert ethiopia, & uniuersam regionem pquirentes uenalia cūceta in unum conferunt locū: ubi etiam ægyptij pro illis forum celebrāt, & quæ apud ethiopes sunt earum,

quas ipsi habent rerum cōmutatione emunt. Qui igitur finitimos ei loco montes colunt, nō penitus nigri sed concolores, quasi sunt ægyptijs. Nigrescunt enim minus ethiopes, paulo autem magis quam ægyptij. Cum hanc mercandi consuetudinem intellexisset Apollonius: nostri inquit optimi græci nisi obolus obolum pariat & res uenales quo uoluerint pretio extiment pro sui utilitate minuentes pretium, aut auergentes uiuere se non posse dicunt, cum is quidem iam nubilem filiam animaduertat. Ille filium ad uirilem ætatem prouectum, alius æris alieni magnitudinem mente repetat, alius etiam semi constructam domum pficere cupiat, qdam cōt sese erubescere dicunt si in diuitijs acqrendis inferiores parētibus habeatur. Quæ res pfecto melius sese haberēt si tanto in p̄tio diuitiæ non essent, & inter ipsos amaretur æqualitas & hominibus inter se concordibus nigrum ferrū idceret otiosum: & terra una, atq; eadem omnium uideretur. Hæc disputans Apollonius atq; ut consueuerat disputandi materiam ex temporis occasionibus captans in Memnonis regionem peruenit. Ducebat autē eos adolescens ægyptius: de quo talia scribit Damis. Timasion erat huic adolescenti nomen: qui cum nuper excessisset pubertatem pulchritudine adhuc summa uigebat, Cumq; esset natura permodestus, nouerca illum amans insequabatur patremq; aduersus ipsum irrisauerat, non tamen idem, quod fedra crimen fingēs, sed illum accusabat quod fœminæ q̄ uiro similior eēt quodq; amatoribus magisquam mulieribus gauderet

Ille igitur naucrati relicta ubi ea quæ dixi agebatur
 apud mēphim uersabatur, atq; illic nauī cōparata p
 Nilū nauigādo sese exercebat. Cum is nauigantē uidis
 set Apollonium cū sua nauī ad ipm ueniens sapientis
 bus uiris onustā esse nauim Apollonij intellexit: cū ex
 eorū habitu id coniectās: tum ex libris et qbus iugiter
 illi incūbebant. Cū igitur ipsis p̄pinq̄uasset rogabat,
 ut se sapiæ amatorem Platonica disciplinā edocerent
 In eū respiciens Apollonius o uiri inquit Adolefcens
 hic dignus ē qui suarū petitionū cōpos euadat. Interī
 submissa uoce Apollonius, his qui prius astabant oīa:
 quæ sibi a nouerca contigisset enarrabat dum Adolef
 scens pedetentim nauigans Apollonij nauigio adhere
 re laboraret: ubi uero naues insimul cōuenere e sua na
 ui trānsiliens Timasion eos: q̄ cum Apollonio erāt sa
 lutauit Ipse uero suæ nauis gubernatorē antea monu
 erat qd de rebus, quas in sua nauī ferebat agendū eēt.
 iubens autem Apollonius ante suos oculos consistere
 O adolefcens inquit ægyptie: Indigena qdem mihi eē
 uideris quid boni maliue abs te sit gestū expone: ut a
 malis qdem per me: quod p̄tatē licet libereris: ex bo
 nis autem laudes meritas consecutus mecū una, & cū
 his, quos uides socijs philosophis, Cū erubescētem
 illum uideret & uarie faciem permutantem qd amo
 bigeret quid sibi dicēdum: quidue reticēdum esset pe
 titionem urgebat Apollonius quasi nihil oīno de illo
 prenouiisset. Tunc uero confidens Timasion o Dij in
 quit qualem nam eē me dicam: malus enim profecto
 non sum: Vtrū uero bonum me extimari oporteat ne

scio: nam iniuste nihil egisse nulla est laus. Tūc Apollonius pape inquit adolescēs, quā similia his quae ab iudis accēpi mihi narras. Idem enī diuinus sentit Iar, cas. Sed unde tibi haec uenit opinio, uideris enim a peccatis abhorrere uehementer: cūq; dicere iam cōpisset quo pacto erga se habuerat nouerca: quantumq; ipse ab amore esset alienus clamor ab omnibus sublatus ē quod eadem oīa exactissime praedixisset Apollonius: Respōdens uero Timasion o uiri inquit optimi quid passi estis, tantum enim quae dico a falsitate absunt q̄ tum luctus a risu. Tum Damis aliud inq̄t est q̄ miramur. Idq; tu adhuc nō agnoscis. Te uero laudamus, q̄ nihil egisse preclarum arbitraris. Apollonius autē an ueneri sacrificaret iterrogauit imo per Iouem quoti die inquit Timasion. Magni nanq; deam illam facio, cum apud deos: tum etiam apud hoīes. Hoc resposso gauisus Apollonius decernamus inquit O uiri temperantiae causa adolescētem hūc coronari oportere magis etiam, q̄ Thesei filium Ippolitū. Ille nanq; ueneri cōtumeliam attulerat, ac propterea forsitan uenerorum cupidine nō tangebatur: neq; amor ullus ipm mouebat: sed erat sortis cuiusdam agrestioris: ac rudi oris. Is autem a uenere se cōmotum quādoq; dicitans nihil tamen erga amantem mulierem affectus est: sed abiit potius deam ipsam timens: si ab amore nefando non abstineret: & deorum quempiam calumniari sicut Ipolytus erga uenerem faciebat: nullius temperantiae signum esse iudico. praclarus enim est & modestiae maioris indicium de Dijs omnibus bene loq̄ athe

LIBER

nis præsertim: ubi etiã ignotis dijs aræ sunt cõstitutæ. Talia de timafione philosophatus ẽ Apollonius, Ipolytum etiam ipsum appellans ppter oculos, qbus non uercam aspexit. Constabat aut illum quãdoq; in gymnastica corpus exercuisse & uenereorũ non esse expertem. Hoc igitur duce in Memnonis templum uenerunt de quo talia Damis refert. fuisse Memnonẽ auroræ filium, occubuisse uero non apud Troyam: quo etiã neq; uenisse illum unq̃ constat: sed in ethiopia cum regnasset apud ethiopes per generationũ qnq; spatium ipsi tamẽ ethiopes quoniam supra ceteros homines longissimæ sunt uitæ, quasi in adolescentia Memnonem lugent: & quæcũq; in acerbo funere dici solent conueruntur. Locum enim ubi tẽplum fundatũ fuerat, antiquo foro similem dicũt esse: extant eiusmodi fora quædam in uetustissimis ciuitatibus ubi & columnarum uisuntur fragmenta: & parietum quædã uestigia. Præterea sedes & limina & mercurij simulaebra p̃tim manu, p̃tim uetustate consumpta, illic etiã cõspici dicunt. Ipius uero Memnonis statua adolescentis impuberis imaginẽ refert: est aut ex nigro lapide fabricata: & ad solis radios conuersa utroq; pede solum attingens iuxta Dedali statuariam artem: erectæ aut manus sedi inutuntur hois surgere uolentis similitudinem exprimentes. Oculorũ aut et totius oris imaginem quasi loquẽtis hominis esse phibetur: & hæc quædam antea minorem ipsi dabant admirationẽ quod non nimium elaborata uideretur, & quantum artis operi inesset ignorarent. Cum uero solis radius statuã

attingeret, id autē circa solis ortū euenire phibent: tū
 uero supramodum admirabilis uisa est: tūc em̄ statuā
 loqui phibent: ubi primū solis radius ad eius os perue
 nit. Eius oculi splendentes latiq; ad solem expositi sūt
 sicut eorū qui ualde solis aspectum tolerare possunt.
 Sacra igitur ethiopi soli: et Memnoni auroræ fecerūt
 Sic enim ea numina sacerdotes cognomināt, hunc qui
 dem ex matris noīe, illum autē q̄ ea maxime loca perue
 rat ☉ calefaciat. Post id camelis deuecti ad gymnos
 sophistarum loca pficiscebantur. Forte autē illis fit
 obuiam uir habitu memphitico indutus et errāti simi
 lis hūc socij Damidis, quis nam esset interrogarunt. q̄
 bus Timasion me potius q̄ ipsum iterrogetis oportet:
 ipse enim ob pudorem nunq̄ uobis calamitatem suam
 aperiret. Ego autē optime uirum noui: atq; illius infor
 tunium miseratus, omnia quæ illi cōtigerint explica
 bo. Hic uir q̄q̄ iuitus mēphiticum quēdam interfecit,
 propterea iuxta memphitarum leges exulat. opus est
 enim homicidij reū licet iuitus id perpetrauerit exu
 lare. ☉ ire ad gymnosophistas, quod si ab illis fuerit
 absolutus tanq̄ purus expiatusq; in patriā reuerti po
 test, si prius ad occisi tumulū ueniēs puum, et aliqd sa
 crificauerit: antea uero quā a gymnosophistis fuerit
 absolutus, in his errare montibus ipm̄ oportet quo ad
 supplicantē gymnosophistæ misereāt. Timasionē ita
 q; rogauit Apollonius qd nudi de hoc exule sentiret.
 ille uero ignorare se dixit: atq; hoc tm̄ nouisse mensē
 iam sextum in his montibus hominem supplicabun
 dum errare: neque adhuc ueniam criminis a nudis me

LIBER

ruisse. Tunc Apollonius uiros inquit mihi non sapien-
 tes enarras si hunc absoluere cunctantur. neq; sciūt fi-
 liscum, quem is interfecit a thamo egyptio. originem
 trahere: q; thamus nudorum regionem quādoq; popu-
 latus est. Admiratus Timasion quid dicis inquit? Hoc
 ipsum ait Apollonius: quod adolescens ille operatus:
 thanium eui res nouas quādoq; apud Memphitas mo-
 lientē redarguerunt cōuiceruntq; gymnosophistæ. Il-
 le uero iudicium effugiens nudorū omnē regionem ua-
 stauit: euasitq; apud memphitas latro insignis, ex huius
 genere filiscus natus est stirpe in tertiam decimā
 generationem iam propagata: quem execrabilem his
 esse decuit: quorum regionem thamus uastauit: et hūc
 tanquam sapientem ab iisdem coronari oportuit, etiā
 am si consulto illum interfecisset. Cum aut̄ inuitus p̄
 ipsis tamē sit opatus tanq̄ p̄fanum a se depellere in-
 humanum uidetur. Stupens igitur adolescens quis nā
 est inquit apud nudos agnosces: sed quoniam mihi ne-
 phas est sanguine pollutum affari bono animo illum
 esse iube: & expiationem criminis paulopost conse-
 cuturum fore nuutia: si eo uenerit quo uenire iussero:
 quo postq̄ ille dictis eius obtemperans uenit Apolloni-
 us ea mysteria peragens quæ pythagoras Empedocles
 que pro expiatione fienda docent domum redire il-
 lum iussit tanquam crimine absolutū & expiatum.
 Post hæc oriente sole ex eo loco discedentes circiter
 meridiē ad nudorū mansionē puenerūt. Incolūt autē
 gymnosophistæ siue nudi egregie formatum a natura
 tumulū, parū a Nili ripis distantem. sapia uero magis

ab indis superatur: quod ipsi ceteros egyptios eadem superent. Vtuntur autem eo habitu quo messores athenis uti solent: arbores illic per paucas regio profert, quod ipsi locum habeant non sane magnum, ubi de rebus communibus tractatur: nudi conveniunt. Sacrificia namque non simul ut in india faciunt sed alius in alia tumuli parte: seorsum quisque studia exercet sua sicut ab egyptiis traditur. Colunt autem omnium maxime Nilum quod fluvium terram simul et aquam esse arbitrantur. Tugurio autem et domo nihil indiget: cum sub diuo degant. Diversorium tamen hospitibus constituerunt parvam porticum: et illi aequali, in quibus apud elios athletae meridianam praerconis vocem expectant. Hoc loco refert damis eufratis opus, quod licet ridiculum videatur emulationem tamen ambitionemque ipsius ostendit maiorem multo quam philosophum deceat. Nam cum saepius Apollonium dicentem audivisset euphrates velle se indorum sapientiam egyptiorum sapientiae conferre, misit ad nudos trasibulum ex urbe naucratide oriundum: qui apud illos Apollonium calumniaretur diceretque se colloqui amicitiaeque iungenda causa ad eos venisse moneretque paulo post tyaneum quendam ad eos esse venturum: cum quo magnum ipsis certamen instaret: quod se tyaneus multo sapienterem extimat propter indorum sapientes: quos ille summis laudibus semper effert. Preparasse quoque dicebat illum rationes innumeras: quibus eorum redarguat impitiam: cedere autem neque soli neque caelo aut terrae, sed illa uehere mouere que, ac permutare utcumque uoluerit. His apud nudos compositis trasibulus naucratide discessit: illi autem uera

LIBER

esse, quæ audierant existimantes, uenientem Apollonium alloqui recusarunt: sed res magnas inter sese tractare simulantes, tum demum colloquendi facultatem Apollonio facturos dixere: cum a rebus grauioribus oculi daretur, si prius tamen intellexissent: quid sibi uelit: et cuius rei causa ad eos accesserit. Iussit autem qui nudorum mandato illum excepit interea in porticu quam diximus permanere. Cui Apollonius de tecto inquit mentionem facere tibi non est opus: prebet enim cuique tetum, quæ hic est cæli conditio: clanculum his uerbis nudos mordens, quod non propter tolerantiam sed propter necessitatem nudi manerent. Quid autem uelim aut cuius rei causa huc uenerim ipsos non cognoscere nequaquam miror, uerum tamen indi me nihil tale interrogauerunt. Post hæc Apollonius arbori innixus, omnia quæ cum illo locutus fuerat ad socios retulit. Tum damis Timasionem seorsum auocans: dic inquit optime uir nudorum sapientia quæ nam est: aut qualibus de rebus habetur? Nam te sapius illos conuenisse scio. De multis inquit ille, ac maximis rebus illorum sapientia. Verum enim uero Damis inquit minus prudenter ab eis fieri uidetur, quæ nunc erga nos faciunt: nolle enim huiusmodi uirum alloqui, præsertim qui sapientiæ cognoscendæ causa uenerit, tantoque fastu erga ipsum uti: quid præ se ferat amice nescio præterquam elationem summam atque superbiam. Plane inquit fateor timasionem tantam profecto: quantam in his ante hac nunquam animaduerti: cum bis iam ad eos accesserim. Semper enim humani benignique erga uenientes ad se fuere. Proxime

nanq; dies ut arbitror ab hinc quinquaginta trasibus
 lus huc accessit, uir ut mihi uisum est nō multū supra
 ceteros in philosophia peritus, illi uero iocundissime
 ipm suscepit, cū se ab Euftrate missum eiusq; discis
 pulū eē diceret. Tū damis qd mihi inqt narras adoles
 scens? an tu an tu hoc in loco transibulum naucratitē
 uidisti? Immo inquit hinc abeūtem ego mea naui de
 tuli. Tūc indignatus Damis, o qui oia regis Iuppiter
 et o Pallas exclamauit, quasi scelestum aliqd facinus
 audisset. Hunc interpellans Timasion is inquit uir he
 ri cum interrogassem, quisnam esset, indignum cui se
 creta manifestaret me putauit: tu uero nisi mysteria
 sint hæc, qsnā hic sit edoce: forsitā. n. aliqd referre po
 tero: unde tu qd quæris inuenias. Postq̄ igitur audiuit
 ex damide tyaneū hunc esse, inuenisti iā inquit nego
 tiū tuū. Trasibulus. n. mecū in nilo nauigās, cuius rei
 causa huc uenisset a me interrogatus prudētia suā mi
 nime bonā mihi narrauit: cū se diceret suspitionibus
 gymnosophistas cōtra Apolloniū impleuisse. Cūq; ho
 rum nihil Apollonio narraffet tātūmodo se nudos al
 locutum fuisse dixit. Seorsum autē Damidi, cras inqt
 adueniēt suspitiōibus pleni quas a trasibulo acceper
 runt. Apollonius uero socij; reliquā eius diei ptē non
 nimii digna narratu colloquentes peregerunt: cenati
 postmodū eo ipso in loco dormierūt. Postridie Apollo
 nius mane ut solebat sole adorato cogitabundus per
 stabat, currēs autē ad eum Nilus: qui ceteris nudis iu
 nior erat, nos inquit ad te uenimus Apolloni Non im
 merito inquit Apollonius: ego. n. ut ad uos uenirē lō

LIBER

gissimum iter a mari hucusq; peragraui: atq; hæc dicens abeuntem Nilum sequebatur: cūq; secus porticū gymnosophistis obuisset salute primo data atq; accepta, ubi nam inquit Apollonius consedebimus. Illic thespion inquit eum: quem diximus locū manu demōstrans. Erat Tespion inter nudos natu maior. & ceteros tanq̄ dux antecedebat. illi autem uelut græcorum caufidici tardo compositoq; gradu seniore sequebatur. Postq̄ omnes utcūq; fors tulit cōsedere: neq; enim certus cuiq; locus erat cuncti in thespionem sermonis auctorem conuersi sunt. Ipse autem in hunc modū loqui exorsus est. Pythios ludos atq; olympicos te uidisse constat Apolloni. id enim stratocles pharius nobis retulit: qui te ibidem conspexisse narrabat: qui igitur ad pythios ueniunt tibijs & cantibus ac psalmis inuitantur: quippe qui ad comœdias tragœdiasq; uocentur: spectaculumq; tandē similiū rerum illis proponitur. Qui uero olympijs præsumt, hæc tanq̄ inutilia locoq; minime accommodata posthabent, cum illuc euntes nudos athletas in conspectum sint habituri, sicut ab hercule fuit institutū. Id ipsum Apolloni meditare ab indorum sapiētia. huc ad nos accedēs. Illi enim tanq̄ ad pythia conuocantes uarijs deducūt illecebris: nos autem uelut in olympijs nudi permānemus: nec nobis aliquid terra substernit: neq; lac ueluti bacchantibus, aut uinum præbet: neq; sublimes a terra nos aer substinet: sed in ipsa terra prostrati uiuimus ab ipsa accipientes ea quæ naturaliter profert: ut gaudeat ea prebens, nec tormentis inuita præ

bere cogatur. Quod uero nos fieri sapientes non sit
 impossibile hæc arbor ostendit. Erat autem ulmus ter
 tia ab illa, sub qua disputabatur, ea sapientem saluta
 uit Apolloniũ non antea tamen q̄ illi esset a thespio
 ne imperatum. Et erat uox distincta quidem, sed tenu
 is & fœmineæ similis. Hoc autem illi signum tanquã
 ex opposito indorum ostenderunt. auertere ab eis cre
 dentes Apollonij mentem: qui ubiq; indorum facta di
 ctãq; iactabat. Postea sermonẽ hoc modo profecutus ẽ
 thespion. Sapienti satis est: ut in uescendis cibus purus
 sit: atq; ab omnibus abstineat quæcunq; spirant: insus
 per a cupiditatibus quæ per oculos accedunt: careat
 peæterea inuidentiã: quæ iniusticiæ magistra ad ma
 la facinora mentem ac manum impellit. Miraculorũ
 uero ostentatione: aut arte uiolenta non indiget ueris
 tas. Licet enim delphicum apollinem intueri: qui me
 dium græciæ tenens, uaticinij respõsis clarus habetur.
 ibi igitur ut tuipe nosti. qui ab oraculo aliquid poscit
 breui admodum oratiõẽ, quid poscat exponit: apollo
 autem nullis portentis promissis, quæ sibi uidetur res
 spondit, q̄q̄ ei facillimum esset totum parnasum con
 cutere: & castaliæ fontibus mutatis uinum effun
 dere cephisiq; cursum morari. Ille autem nihil horum
 iactanter faciens pure ueritatẽ profert. Putamus etiã
 nec aurum: nec tam præclara dona: quæ in templo cõ
 spiciuntur illo uolente afferri, nec templi structura
 gaudere etiã si duplo maius ac præclarius strueretur.
 Incoluit enim & humilem casam is deus: et tuguriũ
 illi luteum paruumq; cõpactum fuit: ubi apes fauos:

LIBER

et aues plumas congeſſiſſe traduntur. frugalitas em̄
 ſapientia ueritatis magiſtra eſt, quam ſi laudaueris
 proculdubio ſapiens uideberis fabularū quæ ſunt ap̄
 indos obliuſ. Fac enim aut non fac: & ſcio aut ne
 ſcio: et hoc aut illud quid ſonitu indiget aut tonitru:
 uel ut uerius dicam attonitatione. Vidisti etiam ali
 quando in picturis rationem eandem & prodici Her
 culem, quem adhuc impuberem & ad electionem in
 ſufficientem uirtus ac uitium adprehensum ad ſe tra
 here nitebatur. Erat autem hæc quidem auro monili
 busq; ornata: ueste inſuper purpurea, & faciei pul
 chrytudine nitens comas præterea discriminatas uar
 ris nodis alligata & pictis ſupercilijs fulgens, aureos
 quoq; calceos geſtans tumido elatoq; grefſu incede
 bat. Altera autem elaboranti ſimilis afpectu horrida
 macie quoq; et ſqualore confecta, nudis autē pedibus:
 et ſordida ueste amicta, ut nuda potius appareret fu
 tura niſi quod in ſæminis pudendum eſt agnouiffet.
 Idem igitur & tu cogita Apolloni in medio te cõſti
 tutum eſſe indorum noſtræq; ſapientiæ atq; illā qui
 dem audire dicentē, q̄ dormituro tibi flores ſubſter
 net potabitq; lacte & fauo nutriet mel quoq; ab ea
 dem accipies, et ad uolandū plumas quãdocūq; uoles:
 tibi autē fameſcētī tripodes et menſas aureas circūpo
 net, nec erit in ea re quicq̄ laborandū: ſed ſpõte ſua ad
 te hæc omnia uenient. Altera uero contraria omnia
 pollicetur: primo quidem q̄ in ſordibus humi iacebis
 nudus præterea & ueluti nos laborans deges. quicq̄
 autem non laboranti tibi acceſſerit id neq; charū, ne

q; iocundum putare debebis : neq; uero iactator eris, nec superbiæ amator, iubebit quoq; a somniorū uisionibus abstinere, atq; ab ijs præcipuè: quæ a terra proueniunt: q; si iuxta herculis iudicium electionem feceris frugalitatem nunq̄ contemnes: et eam quæ secundum naturam est parsimoniam non reiiciens multos leones superasse diceris multasq; ydras obruncasse: geriones quoq; et nessos uicisse complures: et alia quæ cumq; de illo prædicatur certamina. Sin uero cupidorum opinionem secutus auribus atq; oculis assentaberis, nec alijs quibus uis sapiētior euades: & nudi ægyptij præmium fies. Hæc cum thespion dixisset omēs in Apollonium se conuerterent, socij quidem quod aliqd contradicturn agnoscerent, ægyptij uero quid cōtra illa dicere posset admirantes: ipse uero beniuolentiā eius, & dicendi modum collaudans, nunquid his, quæ dicta erant addere uellet interrogauit: Ille uero nihil per iouem inquit satis enim dixisse mihi uideor. Rursus interrogante Apollonio num ægyptiorum alius quisquam dicere aliud uellet nihil opus est respōdit thespion, me enim audiens omnes audiuisti. Paulum igitur cunctatus Apollonius: & oculis humo defixis, quæ audierat, mente repetens, in hunc modum tandem locutus est. Herculis electio quam cū esset impubes illum fecisse prodicus refert, recte a uobis iuxta philosophiæ præcepta narrata est sapientes egyptij: sed ea nunc ad me nihil attinet, neq; enim de eligenda uita uos consulturus aduenio, qui eam iam dudum elegerim: quæ omnium optima uisa

est. Cūq; cæteros omnes præter thessionem atate antecedam decentius utiq; de eligenda sapiētia consiliū uobis dare possem, nisi uos quoq; iam elegisse animaduerterem: attamen, cum sim talis atq; in sapientia tantum profecerim non recusabo mei consilij uobis iudicibus uti, & quomodo recte hanc uiuendi rationem elegerim uos docebo, qua melius nihil hætenus in mētem uenit. Si quis pythagore mediocritatem & arcana philosophiam aspexerit nō solum seipsum agnoscat qualis sit sed qualem etiam fieri oporteat ego uerō q̄ pure sancteq; aras attigerit considerans: & uentrem quomodo ab animalium esu purum seruauerit, totum autem corpus a uestibus ex morticina materia confectis habuerit impollutum, utq; omnium primus linguam frenauerit a boue silentij documentum summens, reliquam uero philosophiam q̄ uere sancteq; constituerit, eius opinionem sum secutus: non ex duabus unam eligens sapientiam, sicut optime thession cōsulis: sed ex pluribus, philosophia. n. suas omnes mihi circumponēs opiniones: et earum singulis propriū apponens ornatum in eas me respicere iussit: & sana mente quācūq; libuisset eligere. Pulchritudo igitur erat omnium admirabilis quædam & diuina; ut facile in earum aliquas ob stuporem quis declinaret. Ego autem in omnes figebam oculos: ipsæ enim mihi præbebant audaciam: cum singulæ mihi iam quid essent daturæ ostenderent ac pollicerentur. Cūq; earū una uoluptatum agmē nullo cum labore acquiraturū me diceret: altera uero quietem a laboribus: alia rur-

SEXTVS.

sus letitiam labori permixtam polliceretur, atq; ita
 uoluptates undiq; monstraretur & laxatae uentris ha-
 benae manus aut ad rapiendas diuitias patre: & ocu-
 lis nullum frenum adderetur: sed cupiditates: amores cae-
 teriq; huiusmodi affectus passim concederentur: earum
 una tales perturbationes cohibere se iactabat: audax au-
 tem & contentiois cupida perturbare cuncta uidebatur
 Erat autem forma sapientiae diuina quaedam, & uenerabilis
 quam etiam Pythagoras amauerat: ea non cum caeteris una:
 sed ab alijs semota tacitaq; praestabat: cumq; aliarum dis-
 tinctis non assentiri me adiuueret, sua uero adhuc uide-
 ret ignorare: O adolescens inquit ego tristis & labori-
 rum plena sum. Si quis enim meas leges secuturus est: pri-
 mo quidem ab omnium animalium esu abstineat oportet,
 ut uini penitus obliuiscatur: ne sapientiae poculum per-
 turbet, quae in animis a uino abstinentibus consistit: nec
 elaborata uestis illum calefaciet, aut lana ab animali-
 bus detonsa. calceos uero ex arborum corticibus dabo
 & ubicunq; sors tulerit dormitabit: quod si uenereo-
 rum cupiditate moueri illos sensero, baratra quaedam
 mihi sunt, in quae ministra sapientiae poena ipsos de-
 trudet: atq; adeo sum difficilis, ijs: qui mea studia se-
 quuntur: ut etiam linguae uincula imponam. Quae uero
 premia maneant, si haec toleraueris ex me audi. Tem-
 perantiam primo iusticiamq; ex me consequeris: nec
 ulla tangeris emulatione. tyrannis uero potius terri-
 bilis eris. quam subditus: deis autem acceptior parua sa-
 crificans: quam qui taurorum sanguinem profundunt:
 & cum purus mundusq; sis: ut etiam futura preno-

LIBER.

scas concedam. oculosq; tuos radioſo lumine ſic imple
 bo, ut deum poſſis agnoſcere. Poſſis etiam errorem di
 ſcernere, & umbroſa phantaſmata redarguere quæ
 ſpeciem oris plerūq; mentiuntur. Hanc itaq; uitā ele
 gi o, Sapiētes egyptij. quā cum recte, & iuxta Pytha
 goræ inſtituta delegerim: neq; eā feſelli: nec ipſe ab ea
 ſum deceptus: nā quæ recte philoſophantem agere des
 cet oia preſtiti, & quæ philoſopho ſe daturā illa pol
 licita eſt cūcta habeo. Sum enim de generatōe artis cō
 templatus, & unde ſint illius p̄fecta p̄icipia, uſum
 q; mihi eſt ab hoibus ipſam eſſe natā diuinitate qua
 dam excellentibus, quiq; optime animā exercuerint.
 cuius imortale quid & ingenitum fontes ſunt genes
 rationis. Huic aut̄ ratiōi non multum aſſentiri mihi
 uifi ſunt athenienſes q; Platonis ſermonē, quē diuini
 tus hoc loco ſapienter de aia protulit corrūpere uidē
 tur cōtrarias illi & minime ueras opinionones de aia
 recipientes. Oportuit aut̄ aiaduſtere qualis nam ci
 uitas & quale id eſſet hoium genus, apud quos nō is
 quidem hoc modo. ille uero aliter: ſed unū idem om̄is
 ætas de anima ſentiret ac loqueretur. Ego igitur ſic p̄
 acta iuuenta cum adhuc non ſatis hæc intelligere mi
 hi uiderer: ad uos reſpexi: quos fama eſt multa ſcire de
 rerum natura. & ea quondam præceptor̄i meo Pytha
 goræ narrauiſſe. Ille uero aliter mihi ſuperſtans ſi tu
 inquit amator eſſes: aut in ætate ad ornādum idonea
 conſtitutus: et adoleſcente formoſo inuento illius a
 more capereris proſecto quo ciue natus puer eſſet in
 quireres: quod ſi patre natus eſſet imperatorio & bel

SEXTVS.

licoſo, auis autem primatibus ciuitatis, tu uero ipſum
 nauæ cuiusdam, aut tribuni filium nuncupares, nū
 illi talibus uerbis gratificari: an potius eundem offer
 dere putares? quod non ex patris nomine: ſed ignobi
 li: atque alieno genere quaſi notum denomiareſ. Cur
 itaq; ſapiam ab idis inuentā non a naturalibus: parē
 tibus illam denominas: ſed ab his: qui poſitione ſuæ
 parentis: maius aliquid ægyptijs tribuent: quam ſi ite
 rum ut alias eueniſſet perhibent melli commixtus ni
 lus aſcenderet. Hæc me prius quam uos adirem ad in
 dos conuerterunt: quod ipſos, putarem ingenio ſubli
 miores eſſe: utpote in aere puriore degentes: ueriora
 etiam de natura & dijs opinari: quod propius deos:
 & principia ſubſtantię calidæ, atque animantia ge
 nerantis habitarent. Cumque ad eos ueniſſem, tale
 aliquid mihi ob eam quam de ipſis habebam expe
 ctationem contigit: quale quondam athenienſibus ab
 eſchili ſapientia contigiſſe fertur. Erat nāq; eſchilus
 poeta tragicus: qui cum artem eiꝰmodi incōpoſitā in
 ornatamque¹ animaduerteteret, choros in unum con
 traxit diſiunctiſſimos antea exiſtentes: & hiſtrio
 num crebras reſponſiones auferens unici cantus pro
 lixitate intra ſcenas fiendam iugulationem excogi
 tauit: ne coram populo trucidationes hominum fie
 rent: quæ licet ipſa per ſe ſapientia carere nemo di
 xerit, ulterius tamen aliquid excogitandi etiam in
 poetica minus peritis præſtitit occaſionem. Cum
 que ruruſ ille cogitaret: quo pacto dignitatem tra

LIBER.

gedijs posset afferre: uideretq; eiusmodi arti sublimitatem potius quam humilitatem conuenire: apparatus ornatiores instituit: & heroũ figuris magis accommodatos: & pulpitis histriones supimposuit: ut alte sicut heroes graderentur: uestib usq; primus eosdẽ ornaui: quas heroes: aut heroum mulieres decere putabat: quibus de causis Athenienses tragediæ parentem illum putant: & in Dionysij festis etiã mortuum inuocant. Quæ enim ab eschilo inuenta fuerũt, ediscuntur: ac præ cæteris habentur in præcio. Verum enim uero emendatæ exornatæue tragediæ non magna est gratia: quod breui diei spacio eius uoluptas: ceu bacchanalium permaneat. Philosophia uero ut Pythagoræ uisum est composita: deinde ad deos transsata, sicut idi Pythagoræ sapientiã transtulerunt nõ breuis temporis gratiam promeretur: sed infiniti, & omnẽ numerum excellentis. Nihil igitur indecens fecisse uideatur: qui tam comptæ exornatæq; philosophiæ amore uictus est: quã indi conuenienter collocantes alta diuinaq; machina ipsam circundederunt. Quod autẽ iure illos amaauerim iureq; sapientes iudicauerim, ac beatos: iam uobis ediserẽdi tempus est. Vidi enim homines in terra degentes: nec tamen in ipsa, ut sine mœnibus tamen munitos: & nihil possidentes: uel potius omnia: quod si hæc loquens enigmata quædam dicere uideor nihil est mirabile: id enim Pythagoræ sapientiã concedit atq; his enigmatibus uti idem ille pmittit, qui silentium sermonis magistrum iuenit. Huius autem sapientiæ uos quoque consultores Pythagoræ

SEXTVS

tunc fuistis, cum indorum sapientiã laudabatis pro-
 pterea quod uos quondam indi fueritis. Sed quoniam
 pudore sermonis q̄ uulgo ferebatur, quod diuinis por-
 tentis ex ea terra pulsi huc uenistis aliud quiduis poti-
 usquam ethyopes ab indis uenientes putari uoluistis,
 atq; omnia propter hanc euitandam opinionem a uo-
 bis facta sunt omnem itaq; illorum habitum exuistis
 quasi cum ueste simul & illud assumpturi: ut Ethio-
 pes, non autem indi putaremini. Deos quoque magis
 egyptio quam uestro ritu colere instituistis. Sermões
 insuper nequaquam eorum meritis dignos de indis ha-
 buistis quasi calumniam euitaturi si eos calumniati es-
 setis a quibus uenistis neq; in hoc modum mensuram
 ue seruatís unquam iugiter in eodem perseuerantes:
 ex quo illorum habitũ exuistis. Verum hodierna die
 huius quod dico manifestissimum signum dedistis: cũ
 indos contentionis cupidos: & iambice loquentes: ac
 nihil boni rectiue sentientes appellaueritis & mira-
 cula dũtaxat & prestigia delusionesq; cum aurium
 tum oculorum meditates. Cumq; meã sapiẽtiã, qua-
 lis sit adhuc ignoretis absq; sensu tamen de ipsa opi-
 nari uidemini. Ego autem de me ipso nihil dicam: at-
 que utinam sim talis qualem indi me existimant. In-
 dos uero quo ad potero maledictis lacerari non pmit-
 tam. Vos autem (si quid eiusmodi sapitis, quale quon-
 dam lepidus uir stesichorus qui de Helena carmen il-
 li quod prius scripserat contrarium decantãs Palino-
 diam, id est recantationem ipsum appellant ueraque

LIBER

est eiusmodi oratio) date operam ut & uos meliora
 bis quæ nuper dixistis proferatis: opinionem quoque
 quam de illis habetis in melius mutantem. Sin ad pa-
 linodiam faciendam dispositi non estis, saltem ma-
 ledictis abstinete in eos uiros, quos, Diu bonis quæ
 contulere dignos iudicantes eius etiam qua ipsi frue-
 untur quietis se indignos non arbitrantur. Attu-
 listi præterea O Thespion de Pythio templo ratio-
 nem quandam: quod simplex & sine apparatu es-
 se debet exemploque usus es templi ex cera quon-
 dam plumisque compositi, mihi uero nequaquam
 impreparatum hoc esse uidetur, nam efficere ut a-
 ues plumas: & apes fauos congerant indicium est
 alicuius domum preparantis: & figuram: Atque
 is etiam ut opinor parua hæc, & minora quam sua
 mereretur sapientia reputans maius aliud templum
 & centipeda metandum expetiuit: anus autem in
 ipso auiculas aureas dicitur suspendisse, cum syre-
 num aliquam pythia contineret. Postmodum uero
 præclarissima dona ornamenta causa in Pythia con-
 gregauit: neque statuariae artis repudiavit industri-
 am: statuas colossosque permultos ad templum de-
 ducentem: partim hominum: partim deorum: nec
 non & equorum: aut taurorum, et aliorum cuiusque
 generis animalium, nec rursus artis Trojanae capti-
 uitatem: quam ibi polygnotus pinxit: non enim lys-
 dium aurum pythiae ornamentum putabat, sed græ-
 corum causa illud introduci gaudebat ostendere illa

lis, cupiens ut opinor barbarorum diuitias: ut illas
 acquirere magis optarent, quam inter se bella gerē
 do mutuo populari. Hæc igitur græco ritu: & suæ
 sapientiæ accommodato uoluit apparari templum=
 que pythium hoc modo splendidum & ornatum red
 didit. Puto etiam ipsum ornatus causa responsa car
 minibus dare: nisi enim huius rei causa id faceret, sic
 ut opinor responderet, fac aut non fac, aut uade uel
 non uade: tales ascisce socios: aut ne asciscas: Hæc
 enim breuia sunt: & ut uos dicere soletis nuda. Ip
 se autem ut se magniloquum, & interrogantibus
 iocundiozem exhiberet poetarum more sua responsa
 componit. Neque uero putat aliquid esse quod nesciat:
 at: sed etiam arenæ numerum & maris omnes men
 suras asserit comprehendisse: quod tu forsitan iactan
 tiæ miraculoq; tribues, licet apollo serio prudenterq;
 id affirmet: & q̄q̄ uereor ne grauius Tespion quod
 dicam laturus sit: tamen dicam quod sentio. Anicula
 farinario cribro caput obuolutæ ad pastores bubulcos
 q; ueniunt egrotâtibus pecoribus medicinâ allaturæ
 ex arte uaticinandi, ut aiunt acceptâ, uoluntq; sapiēs
 tes uates appellari. imo uero sapiētiores his, qui uere
 sunt uates: id ipm & uos erga sapientiâ indorū ostē
 ditis: illi enim diuini sunt et instar Pythij templi cō
 pti et ornati: uos autem sed aliud ulterius addere nos
 lo. Amo em̄ loquēdi modestiâ: amāt et indi, eaq; uelus
 ti lingue pedisseq; simul & ducem colo: et quæ mihi
 factu possibilia sunt cū amore et laude conor accgrere
 id aut ad quod attingere nō possum intactū a uiripa

LIBER.

tiōe relinquo. Tu uero quāuis homerum in his quæ de cyclopi-
 bus refert dicentē audias inarratam atq; non
 seminatam terram immanissimos crudelissimosq; ho-
 miues pascere sermone gaudes. & eūdem p̄bas si rur-
 sus edonij q̄dam lidiue debacchentur, non falsum cen-
 ses terram lactis & uini fontes ipsis ad potandum eē
 daturam: ab his autē qui omni sapiētia quasi correpti
 bacchantur dona remoues sponte sua ex terra proue-
 nientia. Tripodes quoq; indorū conuiuijs sponte sua
 p̄deunt. Tripodes quoq; in deorū conuiuijs sp̄ote sua
 prodeunt: & mars quīs indocilis et inimicus existēs,
 nunq̄ ob ipsos uulcanū accusauit: neq; huiusmōi accu-
 sationem dii audierūt, iniuriam facis. O uulcane deos
 rum conuiuia exornans: & miracula quædam eisdem
 circūponens, neq; obauratas ansulas accusatus est un-
 q̄, quod abuti materia uideretur: aut quod aurum spi-
 rans effecerit: ornatum enim intendit omnis ars quæ
 do & ip̄æ artes ornatus gratia sunt adinuenite. Nudi-
 tas autē pedum & uilis amictus & peræ gestatio or-
 namenti cuiusdā inuentio est. q̄nimo nuditas qua uti
 mini contemptui cuidam & neglectiois simili uide-
 tur: congruit autem ornatui, nec ab ipsis ut alij dicūt
 abest superbia quædam. Solis autem quæ ab indis fit
 adoratio, conuenientem retinet consuetudinem. cum
 illic eū adorent, ubi maxime sibi placere consentan. eū
 est. Dij nanq; terrestres foveis gaudent. & quæ in ter-
 ræ concauitatibus fiunt sacrificia. Sol autē in aere ues-
 hitur: decet igitur eos, q̄ cōgrue laudaturi eū sūt a ter-
 ra eleuari: & cum ipso deo in sublimi uersari: hoc au

SEXTVS.

tem uolunt quidem omnes, indi autem soli etiam pos-
sunt. Hoc loco se grauiter suspirasse refert damis: cū
talia audiret: egyptij uero propter Apollonij oratio-
nem sic erāt affecti: ut ipse quoq; thespion, quīs niger
esset ruboris tamen uerecundiaeq; signa daret, appare-
bat autem & in cæteris quidam stupor ob ea quæ for-
titer beniuoleq; ab Apollonio dicta audierant, Vnus
autem qui cæteris iunior erat nomine nilus propter
summam admirationem profiliit, mutatoq; loco ad
Apollonium uenit: & manus ad eum tendens roga-
bat, ut sermones cōuersationesq; cum indis habitas or-
dine referret. Cui Apollonius tibi quidem cuncta nar-
rarre non grauarer, inquit cum sis ut uideo benignus
& humanus, & sapientiæ totius amator: thespionē
uero & cæteros, qui indorum dicta factaue nugas exi-
stimant minime perlaturus arbitror indorum dicta
factaue audire. Ad hæc thespion. Si tu inquit merca-
tor esses, aut nauta: atq; illinc merces aliquas nobis af-
ferres, nunquid iure a nobis petere uidereris, quoniā
ab indis illæ uenirēt, nor probatas illas apud nos de-
ponere, cum earum neq; pregustationem nobis ullam
dedisses. Ad hæc Apollonius iam inquit prebui accipe-
re uolentibus. Sed si quis ad mare ueniens appellentē
q; nauim conspiciens aduectas merces uituperet: &
nauis prefectum statim accuset q; ex terra ueniat ni-
hil omnino boniferente (Sicut me nup increpuit thes-
pion q; nullius boni gratia illuc accessi: atq; alijs per-
suadere conatus est) num cēsēs qui in talem uenerint
portum ancoras iacturos? aut rudentes explicaturos

LIBER

esse, ac non potius sublatis uelis in altum pelagus nauim deducturos, ut uentis potius fortunas suas cōmitterent: quam sic ignaris & inhospitalibus moribus. Verum ego inquit nilus rudentes capio: & te nauis patronum rogo, ut mercium me participem facias quas aduexisti: quin etiam nauim si libet conscendam ut ipsam contempler: et res omnes quibus onusta aduenit. Tū factō silentio thespion gaudeo inquit Apolloni doluisse te ob ea: quæ audisti: tu enim nobis quoque ignoscis propterea dolentibus, quæ nostram sapientiam antea quam huc accederes accusasti, cum adhuc ipsam minime cognouisses. His uerbis stupefactus Apollonius: qui ab eufrate trasibuloque acta non audisset, coniciens tamen, ut solebat quæcumque fierent. Indis inquit o thespion: nihil huiusmodi accidisset nec talia suggerenti eufrati mentē aut aures prebuisissent: nam cum sapientes sint omnia precognoscunt. Mihi uero cum eufrate, nulla priuatim discordia intercedit, sed cum ipsum a pecuniæ cupiditate reuocarem, dicerem non esse lucrum laudabile: quoniā suæ libidini consentanea dicere non sum uisus: & quæ sibi factu impossibilia censebat, propterea redarguendi sui gratia me talia dixisse putauit: nec unquam aliqd aduersus me destitit machinari. Sed quoniam uobis probabiliter dicere uisus est, cum mores meos calumniaretur animaduertite, quo pacto antea sit calumniatus: mihi enim periclitari non parum is uidetur, quæ alius quispiam sit calumniaturus: nam odio habebitur, cum tamen nihil iniuste fecerit. Verū tamen neque illi peri-

culorum uidentur expertes: qui calumniatores audientur: primum enim prauis loquētiæ amatores esse deprehenduntur eamq; pluris q̄ ueritatē extimare deinde leuitatis crudelitatisq; sectatores putabuntur: quæ in adolescentibus etiam turpes habentur. Inuidi preterea uidebuntur auditionis iniustæ magistram inuidiam faciētes cum sint ipsi calumnijs digniores: qui de alijs allatas easdem ueras putāt. Hominū enim natura ad ea faciēda, quæ credit promptior est. non igitur tyrannidem exerceat uir audiendis calumnijs promptus neq; popularem gubernationem gerat: tyrannus enim & populi gubernatio sub ipso erūt: hoc est indignationem quandam ex ipso sortientur: neq; iudicet quicquam cum nihil agnoscat: neq; nauim regat. seditio enim in nauis excitabitur: neq; exercitui præsit: nam auersarius bene habebit: neq; philosophetur qui ita dispositus est: non enim uere de rebus opinabitur. Vobis igitur eufrates abstulit esse sapientes: quos enim inanibus mendacijs seduxit quo pacto seipsos sapientia dignos putabunt: a qua discurrunt non uerisimilia persuasi. Tum demulcens Apolloniū thesion satis inquit de eufrate minutisq; rebus locuti sumus: & uos quandoq; inuicem conciliabimus. q̄ sapientis esse putemus sapienter uiuere, uobis autem quis me conciliabit? opus est enim eum qui mentitus est a mendacio expiari. Hæc ut uoles sese habebūt inquit Apollonius, nos autem ad nostra studia reuertamur. hæc enim nos magis conciliabunt. Expetens autē nilus diuturnū Apollonij sermonē audire, principii

LIBER

inquit studiorum nostrorum capere hinc oportet, ut peregrinationem ad indos tuā sigillatim nobis enarres: quasq; cum illis egeris disputatiōes: de rebus enim præclaris nos fuisse locutos scio. Ego autē inquit thesion, & de faraotis sapientia audire aliquid cupio: dicitis enim sermonum suorum imagines ab indis deduci. Principiū igitur oratiōis Apollonius ab his sumens: quæ in Babylonia gesserat: quæcunq; deinceps peracta fuerint diligēter exposuit: illi autem summa attentione iucunditateq; audierunt. Cūq; interim meridies aduenisset colloquium dimisere: id enim tēpus nudi etiam sacrificijs peragendis impartitū. Postmodum Apollonio socijsq; cenantibus Nilus superuenit panes & olera terrestresq; alios fructus afferēs, quos partim ipse manibus gestabat, partim comitibus ferēdo dederat, & urbane festiueq; illos salutans, sapientes inquit hæc inhospitalia munera, uobis mihiq; mittunt: ego enim uobiscum sum cenaturus, non inuitatus: ut inquiunt. Nam egomet meipsum inuitaui. Munus profecto periocundum inquit Apollonius affers o adolescens teipsum primo: ac mores tuos: qui uere quidem & sine dolo philosopharis: cūq; indorum & Pythagoræ sapientiam diligas, hic apud me accumbere et cena. Accumbam inquit ille epularum uero tibi nō tantum est, ut explere me possis. Videris inquit Apollonius multi cibi esse & ad comedendū ualidus: immo uero ualidissimus inquit ille: qui tātis tamq; lautis epulis abs te nuper appositis non fuerim saturatus: sed paululum comoratus iterum cenaturus ad te ueniā.

quid igitur aliud de me sentire aut dicere potes: nisi
 inexplebilem quendam & insaturabilem hominē eē.
 Ego inquit Apollonius te explebo, loquendi uero ma-
 teriam partim tu parabis, partim etiam ego afferam
 Cena deinde perfecta. Nilus ego inquit preterito tem-
 pore cum nudis istis militabam, quasi cum expeditis
 quibusdam, aut funditoribus meipsum in acie collo-
 cans: nūc autem armabor accurtatius, et me tuus Cly-
 peus proteget. Verum inquit Apollonius ægyptiē
 a thessione alijsq; nudis accuseris primum q̄ non ma-
 gis in me redarguendo perstiteris, deinde q̄ preter in-
 stituta uite concessionem in mores nostros declines.
 Opinor inquit Nilus: sed si qua dignus est accusatiōe
 qui elegit, forte etiam qui nō elegit reprehensione di-
 gnus. immo uero reprehensione maiore digni redarguē-
 tur, hæc eadem nunc eligentes, quod seniores sapien-
 tioresq; existentes iādudum non elegerint ea: quæ ego
 nunc elegi iustiore reprehensione illis afferret: q̄
 ex tanta copia non elegerint meliora: quibus in futu-
 rum uti possent. Tunc Apollonius generose inquit lo-
 queris adolescens: sed uide ne abs te in hac ætate cōsti-
 tuto: atq; hac sapiētia predito satis recte dici talia ui-
 deantur: q̄q̄ enim probabili ratione mutus illa respu-
 as: tu tamen audacior fortasse uideberis si eis presini-
 as: quæ ab illis agenda sint potius qui illos sequaris.
 Tū propter Apolloni opinionē conuersus ægyptius:
 in quibus inquit oportet adolescentem senioribus pa-
 rere: in ijs eos sequi non recuso: sed cum putarem sapi-
 entiam apud ipsos esse: quam nusq̄ alibi inueniri pos-

LIBER

se arbiträrer me, me illis addixi: huius autem uoluntatis occasio talis mihi contigit. Pater meus ad rubrum mare quandoq; nauigauit uolēs erat enim prefectus nauis eius quam ad indos egyptij mittunt; congressus autem indis, qui secus mare degunt; de sapientibus q̄ illic erant sermones attulit similes ijs: quos modo tu nobis de ijsdem retulisti. Audiui etiam ex eodem omnium longe sapientissimos nudos esse: colonos autem indorum ethiopes paternam retinere disciplinam: et antiquam respicere originem: Ego igitur cum essem adolescens paternas diuitias uolētibus reliqui: & nudus ad hos nudos accessi: ut indorū sapiētiam, aut illi germanam addiscerem. Et isti quidem mihi sunt uisi sapientes: non tamen quā indorum sunt sapere: cūq; eos interrogarem, cur indorum philosophiam nō seruariarent: ipsi calumnias accusationesq; aduersus illos attulere, similes ijs: quas tu hodie audiuisti: me uero adolescentem adhuc: ut uides: in collegium suū cooptarunt timentes: ut arbitror: ne ab eis discedens in mare rubrum nauigarem: sicut olim fecerat pater meus: quā sane per deos immortales ex animo non abieceram: statueramq; usq; ad sapientum tumultum proficisci: nisi te deorum aliquis huc misisset: qui mihi in hoc fauit: q̄ neque in rubro mari nauigans: neque cum maris eius accolis collocutus indorum sapientiam agnoscere potui: non hodie sed iam dudum, ut dixi eam rationem uiuendi eligens: sed quā habiturum me putabam non habens: difficile est autem, cum a proposito quis aberrat, ad id redire, quod uenabatur. Quod si

SEXTVS.

hos etiam adhuc eadem sequenda cohortaretur. con-
 suleremq; ut quod ego fecissem, & ipsi facerent. Dic
 mihi quid nimium uiderer audire? Non enim prohibe-
 bet adoleſcētia ne quis possit melius etiam q̄ senes ali-
 quid discernere. quicumq; uero alteri consulit eligere
 sapientiam: qua in ipsemet elegit: in hoc accusari non
 potest q̄ alijs ea persuadeat, quæ ipse non credit. Qui
 cumq; autem bona a fortuna concessa excipiens solus
 illis utitur, ipsis bonis iniuriam affert, q̄ ipsis aufert
 ut a pluribus percepta uideantur iocundiora. Hæc tã
 efficaciter dicente nilo de mercede inquit: num ne ali-
 quid prius dicam cum tantopere meam sapientiam
 ames. Disputemus inquit nilus: a me quicquid uis pe-
 te. Peto inquit Apollonius ut in his quæ elegisti pere-
 maneas, neq; molestiam afferas nudis ea consulendo,
 quæ persuadere non poteris. Parebo inquit: & hanc
 tibi mercedem polliceor. Cum hæc inter se fuissent lo-
 cuti nilus Apolloniũ interrogauit, q̄ diu apud nudos
 futurus esset: cui Apollonius, quoad inquit horũ sapi-
 entia dignas mansiones causas præbuerit: deinde ad ca-
 tadupa fontium nili uisendorum causa proficiscer-
 mur. Iocundũ est enim non solũ nili principia uide-
 re: sed ipm quoq; audire obstrepētē: hæc cũ dixissent:
 et de rebus indicis aliqua cõtulissent in herba dormi-
 tauerunt. Die aut exorto, ubi consuetas preces sacrifi-
 ciaq; peregerũt, sequentes nilum omnes ad thespionē
 perrexerunt: saluteq; mutuo data, & accepta in luo-
 disputandi gratia confederunt: loquendi uero princi-
 pium sic ab Apollonio exortũ est. Quãti sit faciendũ

Sapienciam non occultare, sermones externi declarant. Nam cum indi me docuissent, quæcunq; ex illorū sapienciam mihi cōuenire putauit; ego præceptores meos honoris causa nominans quicquid ab illis acciperā enarraui. Erit igitur uobis quoq; lucrum aliquod si uestra sapiencia plenum dimiseritis, nunq̄ enim desinā res uestras apud græcos predicare. quinetiam ad indos easdem perscribā. Interroga igitur iquiūt illi: in interrogationē enim oratio sequetur. Tunc Apollonius de dijs inquit primum interrogo qua nam disciplina compulsi tam absurdas ridiculasq; deorum imagines præter admodum paucas uestris hominibus colendas præbueritis. Pauca nāq; atq; admodū pauca deorum formæ conspiciuntur: quæ sapiencie diuinitatis ue ullum præ se ferant uestigium, in cæteris uero templis irrationalium animalium atq; infamiū potius q̄ deorum effigies colūtur. Ad hæc indignatus thespion, dic inquit apud uos quales coluntur deorum imagines. Quales inquit Apollonius pulcherrimas & sibi gratissimas deos elaborasse credendum est. Iouem olympicum fortasse dices thespion inquit: aut palladis simulachrum: aut gnidie ueneris, aut argiue iunonis: aut alia huiusmodi: quæ summa arte sumaq; pulchritudine plena dicuntur. Non de his solum inquit Apollonius: sed in cōmuni de omnibus dico eam: quæ apud nos est statuariam artem rationi magis consentaneā esse: uos autē deridere magis q̄ uenerari deos uideri. An igitur inquit ille uestri phidie: aut Praxiteles cœlum ascendentes, atq; illic effigies deorum fingē

SEXTVS

tes eas postmodum ad artem retulerunt, aut est aliqd aliud quod eos fingere aut sculpere docuit. Aliud est profecto inquit Apollonius, & quidem sapiētia plenum. Quidnam id est inquit ille. Nihil enim præter imitationē dicturū te puto. Phantasia inqt Apolloni us hæc p̄fecit, artifex p̄culdubio sapiētior q̄ imitatio hæc em̄ solū quod uidit opatur: phātasia uero est quod nunq̄ uidit, subiicitur em̄ sibi ad quod ipsa refertur id qd̄ non est: imitationē præterea stupor plerūq; impedit phātasiam uero nihil. ipsa em̄ impauida fertur ad id qd̄ ei subiici diximus. Oportet aut̄ q̄ iouis cōtemplatur effigiem cū cælo & horis: & astris ip̄m imaginari sicut phidia: tunc uēit in mentē. Palladem uero fingere cunctabundam, exercitus & cōsilia & artes meditantē, & quō ex ipso Ioue p̄siliūt: sin uero accipitrē aut noctuā: aut lupū uel canem fingens in tēpla deferat, p̄ Mercurio Pallade: aut Apolline feras bestias: atq; aues honore simulacroq; dignas, deos aut̄ p̄cul ab illorū gloria constituitis. Tunc Tespion uideris iquit curiose nimium res nostras perscrutari: sapientis em̄ est si quicquam oratione apud ægyptios imprimis exprimat, nō audere contra deorum effigies aliqd loqui: sed mente consilioq; illas excogitatas esse censere. Sic enim ipsas uenerabiliores futuras uideri putauerunt. Ad ea subridens Apollonius O uiri inquit magnum profecto ex Ethiopū ægyptiorūq; sapiētia fructum accepistis, si uenerabilior uobis & deorū imaginibus similior esse uidebitur: aut canis, aut ciconia: aut hircus. (hæc enim sapiētē Thespionem audio di

LIBER.

cere) quam alia deorum effigies: in illis enim, quid ue-
 nerationis aut terroris insit non uideo. Periuros enim
 & sacrilegos: et qui scurrilitate in deos utuntur con-
 temnere magis quam timere eiusmodi templa consen-
 taneum est: Quod si propterea ueneranda hæc esse ui-
 dentur, quia sub ipsis aliud mente concipi & subins-
 telligi possit, uenerabiliores utiq; fuisse deos arbitra-
 rer, si eorum nullum extaret simulachrum, sed theolo-
 gie modo quodam alio & magis archano uterentur.
 Poterant enim templa construere: & in ipsis alta-
 ria erigere: tum etiam quid sacrificare liceret: aut nõ
 liceret instituere: & quibus diebus quippiam facere:
 aut dicere opus esset præfinire: nullum autem in tem-
 plo simulachrum habere, sed deorum effigies illis re-
 linquere excogitandas: qui sacrificatum accederent:
 mens enim describit & format aliquid, omni sculptu-
 ra picturaue præclarior. Vos autem hoc etiã a dijs ab-
 stulistis: ne quis tanquam puleros mente uidere: aut
 excogitare illos posset. Tum Tespion fuit: inquit So-
 crates quidam atheniensis senex fatuus: ut uos putã-
 batis: is canem anferem: platanum Deos putans per
 eos iurare consuevit. Minime uero fatuus habitus est
 inquit Apollonius: sed diuinus quidam uir & uere sa-
 piens: iurabat autem per ea quæ dixisti, nõ tanquam
 deos: sed ne per deos iuraret. Post hæc Thespion, ut ser-
 monem ad alia transferret iterrogauit Apollonium,
 quid de laconicis flagellis sentiret: & utrum publice
 suos ciues uerberibus cederent, cum se maxime liberos
 nobilesq; iactarent, tum etiam contra seruos famulos

ue delinquentes quid facerent quæsiuit. Non amplius eos interficiunt: inquit Apollonius: sicut olim concessit lycurgus: sed uerberibus itidem in eos animaduertunt. Græcis uero Thespion inquit hac de re quid uidetur? Sedent inquit Apollonius tanquã iacinthia. aut nudos athletas cum uoluptate & alacritate spectantes. An inquit Thespion optimi græci non erubescunt: cum uideant eos, qui sibi quandoq; imperaturi sunt publice loris cedi: aut non pudet eorum imperio subesse qui coram omnibus uerberantur: tu uero quomodo talia non emendasti? dicunt enim te de Lacedæmonijs curã gerere. Age inquit Apollonius: ego emendare talia possem. Consului sane nonnulla: ipsi uero promptissime quæ consulueram sunt executi. Sunt enim græcorum omnium liberrimi & soli: qui bene consulentibus pareant: uerberum autem consuetudo in scythicæ dianæ honorẽ seruatur: quod ita ut aiunt oracula preceperunt: dijs autem obsistere insania quædam est, ut opinor. Tum Thespion nequaquam inquit Apolloni sapientes græcorum deos ostendis, si eos cedi uerberibus consulunt: qui maxime libertatem profitentur. Non uerberum inquit Apollonius consultores sunt: sed humano sanguine aspergi aras iubent: quoniam & apud Scythas ita colebantur, uerum Lacedæmonij sacrificij necessitatem sapienter interpretati ad tolerantie certamen deuenerunt, ita ut neque homines interficerentur, & tamen eorum sanguine deæ satisfiat. Cur igitur inquit Thespion pegeri nos hospites Dianæ nõ sacrificat: sicut facere quondã

consueuerūt? Quoniam inquit Apollonius græcorū
 nemini placet barbarorum mores imitari. At uero in
 quit ille humaniores uiderentur unum duosue sacris
 ficātes: quam peregrinos omnes ex regione sua depel-
 lentes. Non carpamus inquit Apollonius o Thession
 lycurgi leges: oportet enim uiri mentem itelligere: et
 cur peregrinos in sua regione uersari non permiserit
 neq; enim respexit ne peregrini indigenis miscerentur:
 sed ut suæ regionis mores integros purosq; serua-
 ret nullis externis interuenientibus. Ego autem inquit
 Thession uere spartiatas uiros putarem. si etiam iter
 externos degentes domesticos tamen mores conserua-
 rent propterea quod nō solum absentibus: sed etiam
 presentibus ipsis uiderentur. Oportebat igitur uirtu-
 tes acquirere, ipsi uero expulsionem peregrinorū ser-
 uantes mores tamen suos corruperunt: & græcorum
 quibus maxime aduersabantur facta imitari & de iu-
 dicijs reddendis instituta ab atticis ad eos trans lata
 uidentur: & pro quibus aduersus athenienses pugnā-
 dum sibi quondam censuerūt: ipsi eadem postea face-
 re statuerunt: & quod ipsi quidem bello superarunt
 athenienses, in his uero pro quibus exercendis bellū su-
 sceperunt ab atheniensibus superati fuerunt. Quinetis
 am id ipm ex thauricis aut scythis deam aduexisse pe-
 regrinum est: q; si oraculis cōpulsī id fecere: qd scuti-
 ca opus fuit: quidue seruilem quādam tolerātiā fin-
 gere. Magis enim laconicū fuisset opinor erga mortē
 ostēdere fortitudinē & impuberem spartiatā ultro
 se offerentē in altari sacrificare. Hoc enim aiosiforem

spartam ostendisset, & phibisset reliquã grãciam
 aliquid aduersus eos moliri. Quod si bellorum cã par
 cendum esse adolescentibus dixerint saltem apud scy
 thas positam de sexagẽnibus legem seruare illos decẽ
 tius fuit: si mortem re uera & nõ iactantiã atq; osten
 tationis illi causa laudant. Atq; hæc nõ aduersum la
 cedemonios dicta sunt: sed magis contra te Apolloni:
 Si enim ueterum instituta & antiquiora: quam a no
 bis sciri possint exactius pquiramus deos culpantes q
 talibus gaudeant multi & absurdi sermones ex tali
 contemplatione orientur. Scrutemur enĩ eleusina my
 steria: & quid afferre poterimus: cur hoc? non autem
 hoc admittat, & samothracũ itidem initiatiões: cur
 in eis hoc qdem fit? hoc aut non pmittitur. Idem etiã
 am de Priapo & cillenij dicemus effigie: nec ipsos ca
 lumnijs intactos preteribimus. Pergamus igitur ad al
 liud quicqd libet, & rõnem Pythagorã quã nostra ẽ
 etiam honorãtes: pulchrũ est enim si non de oibus, at
 tamen de istis tacere. Ad hæc respondens Apollonius,
 si de studiosis rebus protendere sermonem uelles o the
 spion, multa tibi præclaraq; dicere Lacedemon uide
 retur: quã recte quid supra ceteros grãcos exercet: sed
 quoniã adeo a nostro sermone te ipm remoues: ut fas
 etiam esse non putes, de talibus loqui, disputationem
 ad aliud aliquid conuertamus: maxime autem erit di
 gnũ ut opinor, si de iusticia aliquid differuerimus. Or
 diamur inquit Thespion sermonem huiusmodi: est
 enim & sapientibus, & nõ sapientibus aptissimus:
 sed ne indorum opiniones interserẽdo confundamus

orationem: dic primum, quid illi de iusticia sentiant: est enim rationi consentaneum te dum illic eēs huiusmodi rem diligēter perquisisse: quod si eorum se recte habet opinio ulterius querere desinemus: sin uero nos aliqd poterimus dicere sapiētius supaddemus. id em iusticiae quoddam officium esse uidetur. Optime inqt Apollonius: ut meo iudicio iocundissime dicere uidearis o Thespion. Audi igitur quæ de hac re fuerint illic a nobis disputata. Narrabam illis me quondam gubernatorem fuisse: & me iustissimum arbitrabar quia mercedem a Pirratis accepturus eram: si nauem illis proderem illuc nauigando, ubi ipsi in insidijs latētes nauem caperent onera quæ in ipsa uehebantur depre daturi. Ego autem illis omnia pollicitus ne mihi uim afferrent deinde longius præteruēctus spem omnem illorum sum frustratus. An igitur Thespion indi iusticiae opus id esse consenserunt. Minime uero inquit Apollonius: immo etiam me deriserunt, dicentes non esse iusticiae opus ab iniustis abstinere. Recte iquit thespion sentiunt indi: neq; enim prudentia opus est stulte aliquid non cogitare: neq; fortitudinis aciem non relinquere: neq; temperantia in medorum turpitudines non incidere: nec omnino laude dignum est, quod non esse malus uidearis: omne enim quod aequè ab honore pœnaq; distat uirtus non est. Quomodo inquit Apollonius o Thespion coronabimus iustum: aut qd facientem talem esse dicemus? Exactius inquit ille: et accuratius de iusticia nunc disputatis: quam olim cū rex tam magna, tamq; fertili regioni imperans uobis

de regno philosophantibus interfuit: quod officio
rum iusticiæ maximum est. Si Faraotes inquit Apol-
lonius tunc accessisset, merito proculdubio culpares
mur: si coram ipso de iusticiâ nõ disputauissemus: sed
quoniam ex his: quæ pridie narraui satis noscere ho-
minem potuisti, ebriosum et philosophiæ penitus ini-
micum, quid opus fuit disputando molestiam sibi af-
ferre: aut nobis elaborare pro emendatione illius nul-
lius precij cuncta eiusmodi facientis. Sed quoniam ui-
ris quales nos sumus sapientibus inuestiganda est ius-
ticia magis etiam quam regibus, aut imperatoribus
queramus eum: qui uere iustus sit. Ego enim dum na-
ui potiebar me ipsum esse talem arbitrabar: et alios
itidem: qui nihil iniuste operantur: uos autem, tales
non esse iustos dicitis neq; honore dignos. Et recte qui-
dem inquit Thespion: nunq̃ eni apud Athenienses: aut
Lacedemonios scripta sententia est huc, aut hunc esse
coronandum quia scortator non est: aut hunc esse do-
nandum ciuitate, quia non est sacrilegus, quis igitur
erit iustus aut quid faciens talis appellabitur? nemi-
nem enim iusticiæ causa coronatum agnoui, nec est
qui pro uiro iusto sententiam scripserit: quod hunc
oporteat coronari, Quod talia aut talia operatus
iustus esse uideatur. Cogitanti enim quæ apud Tro-
iam Palamedi, aut Socrati Athenis euenere male
fortunata, apud homines apparebit iusticia: inius-
tissima namque ij: quos dixi passi sunt: cum essent
ipsi iustissimi, quinetiam per iniusticiæ opinionẽ dã

LIBER.

nati sunt: cum præter omne ius lata sententia fuisset. Aristidem quoq; lysimachi filium unde ipsa etiam iusticia sit agnosco, a Ioue enim & fati ordinata: ut hominibus nõ afferatur iniuria nusquã sibi ipsi ne q̃s iniuriaretur prouidit. Mihi autem Aristides ipse satis est ad ostendendum quis nõ iniustus: quisue iustus sit dicendus. Dicas nãq; uelim, nunquid hic Aristides ille sit quem uos ex græcia uenientes ad insulas dicitis nauigasse tributorum componendorũ causa, cumq; ille æqua ratione constituisset eadem ueste & quidem uili: ac semilacera amictus redijt. Istemet est inquit Apollonius ob quem & paupertatis amor quãdoque floruit. Si igitur inquit Thespion oratores duo fuissent athenis: qui redeuntem a socijs Aristidem uoluisent laudare: & is quidem in hunc modum sententiã scriberet corona dignũ esse Aristidem quoniam diuitias non accepit: neq; sui uictus causa molestiam cuiq; attulit: sed cum antea pauperrimus atheniensũ omnium semper fuisset, tũc etiam seipso redisset pauperior. Alter uero decretum hoc modo proferret. Quoniam Aristides nõ præter uires sociorũ sed cõmode p̃ cuiusq; facultatibus tributa dispartiens concordie ipsorum erga athenienses curam gessit effecitq; ut non dolenter illa p̃ferrent uideri sibi iusticie causa ipsum coronari debere. Nonne censet prior sententia ipsum etiam Aristidem contradicturum quasi rebus a se gestis non congruenti, cũ pro q̃bus iniuste nõ egisset honorem peteret: hanc aut̃ esse laudaturum cũ mente repeteret quid illis agendis fuerit meditatus: respiciens.

enim ad atheniensium sociorumq; utilitatem mediocris
 critatem tributorum instituerat: quod sane post aris-
 tidem magis apparuit. Postq̄ athenienses ipsius iudi-
 cium transgressi grauiora tributa insulis imposuere,
 ablata est ipsis naualis potentia: qua maxime terribi-
 les erant, Omnes autem maritimæ uires ad lacedemo-
 nios transfere: cum omnes socij ad res nouas moliedas
 animos erexissent unde rerum conuersio secuta est. Si
 igitur secūdum rectam rationem contemplari uolue-
 rimus Apolloni, non is est iustus: qui iniusta non ope-
 ratur sed qui & ipse iusta operatur. & alios ne iniu-
 ste quid agant instituit. Nascentur autē ex ipsa iusti-
 cia uirtutes aliæ complures maxime autē iudiciaria:
 et legum latina. Iudicabit enim uir talis et quidē res-
 tius q̄ qui super sectis carniū frustis iuramēta con-
 cipiunt. Et leges feret perinde ac solones: aut licurgi:
 nam et ijs leges ferentibus iusticia princeps et dux fuit.
 Talia de uiro iusto collocutos inter se fuisse refert
 damis. et Apollonium his omnibus assensisse: quia uol-
 untati consentanea uiderētur. Deinde cum multum
 de anima philosophati essent quo pacto immortalis
 sit: multa etiam de græcorum legum natura differuis-
 sent interpellans sermonem Apollonius, ego inquit
 hoc iter cum uestri tantum nili fontiu causa suscepi,
 quæ in ægyptū usq; ueniēti ignorare ignoscēdum est.
 Penetranti autem ut ego feci ethiopiā dedecus est ip-
 sa præterire: nec ullā de ipsis habere rationem. Bono
 omine inq̄ thespion proficiscere, et quicquid tibi gra-
 tum est ab illis precare diuini sunt em: Ducē uero itis

LIBER

neris habeas, censeo timasionem olim naucratidem:
nunc uero memphitem, est enim fontibus illis assue-
tus atq; adeo purus ut expiatione non egeat. Tibi au-
tem o Nile uolumus aliquid de ipsis referre. Horū uer-
borū sensus Apollonio manifestus erat: sciebat enim
ipso indignanter ferre: q̄ amaret eum Nilus. Omisso
igitur colloquio ad res preparandas discessit, ut postri-
die in ortu solis abire possent. Paulo autem post sup-
uenit Nilus, nec eorum quæ audierat narrabat quicq̄:
sed frequenter secum ridens perstabat nemo tamen
cū rideret iterrogauit, quæ tanq̄ arcanis parcebāt. Tūc
igitur cenati, & de rebus non magnis paulum collo-
cuti eo ibidem dormierunt. Postridie mane salutatis
nudis iter cœperunt a sinistra nili parte qua ad mons
tes ducit: quæ autem uiderint memoratu digna sunt
hec. Cataduppa montes sunt terrei similes his: qui in
lydia sunt tumulis: ab ipsis autem Nilus defluens ex ea
quam auellit terra ægyptum facit. Sonitus autem a-
quæ montes scindentis, & cum strepitu in nilo cader-
tis horrenda quedam res, & auditu intolerabilis ap-
paret multiq; p̄pe accedētes auditū amiserunt. Proce-
dēti aut Apollonio: eiusq; comitibus tumuli apparue-
rūt quibusdam quasi gremijs ramos arborū ferētes, qua-
rum folia corticēq; & lachrymas inter fructus ethio-
pes numerant. Viderunt etiā secus uiam leones pan-
theras & alias huiusmodi feras, quarum nulla in eos
impetum facere temptauit: sed tanq̄ hominū conspe-
ctum stupentes præteribāt, ceruos in super & capre-

as strutionesq; & asinos siluestres complures, & animalium uaria genera inter quæ fuere siluestres boues: et hircoboues: sunt autem huiusmodi belluarum alie ex boue ceruoq; compositæ: alie ex his de quibus denominationem capiunt animalibus. Ossa insuper eiusmodi ferarum & semesa earūdem cadauera inueniunt. Leones enim calida præda semel saturati reliquias amplius attingere dedignatur: confidentes: ut opinor: nouam rursus prædam se posse uenari. Illic ethiopes habitant nomades appellati: qui ciuitates in curribus positas habent: proximi autem illis sunt qui elephantos uenantur, illosq; in frustra diuisos uendunt: unde cognomen adepti Elephantofagi nuncupantur. Nasamones insuper & andropophagi id est hominū comestores, pigmei quoq; id est cubitales & sciopodes id est umbram pedibus facientes. hi in quā omnes ethiopiæ gentes sunt, habitant autem secus oceanum ethiopiæ: quo solum ui tempestatis quādoq; delati homines nauigant. Cum illi de feris quas uiderāt loquerentur: & naturam contemplantur: quæ tam uarie diuersa genera animalium pascit, sonitus quidam eorum aures perculit tanq̄ tonitrus nundum inualescētis: sed adhuc intra nubis concauitatem inclusi. Tum timasion prope est inquit o uiri cataracta: quæ descenditibus quidem ultima ascenditibus autem prima occurrit. Deinde stadia ferme decem progressi, uiderunt fluum ex monte profluentem nihil minorem q̄ Marsia sit atq; meander, ubi primum in unum conflunt. precipibus inde uotisq; nuncupatis pprius accessit

LIBER

runt, nec ulla amplius feras uidebant: Nam cum sint natura pauide iuxta quietas aquas habitāt potius q̄ iuxta confragosas & obstrepentes. Inde post stadia ferme quindecim aliam audierunt cataractam difficultem sane & intolerabilem auditu: & quæ priorem duplo ferme superaret: quam cum ex loco longe q̄ prius altiore præcipitari uidisset damis comites aliquos tum etiā seipsum ita stupefactos auribus, refert, ut se ab Apollonio semouerēt rogarentq; ne ulterius p̄grediretur. Verū ille constanter nilo dūtaxat timasione q; comitantibus cataractæ propinquauit: inde ad socios reuersus, nuntiauit suspensos illic esse uertices nili altitudine ferme stadiorū octo, ripam uero quæ mōtibus opponitur supercilium habere lapidicinæ inenarrabilis, fontes uero ex montibus pendētes decidere in petrosam ripam, inde in nilum refundi aquā albam: & estuantem. Accidentia uero quæ inde oriātur multiplicia sunt magisq; uaria q̄ quæ in alijs cataractis eueniunt, et qui illic in mōtibus resonat fragor asperimus est: et inenarrabile strepitum reddit: Iter uero quod ad primos fontes ducit perarduū est, et nō solū accessu sed cogitatu etiam difficile: multa etiā de demonibus illic existentibus predicāt, qualia sapienter pindarus in suis hymnis de demone cecinit: quem eius modi fontibus præesse dixit, ut nilum moderaretur. post cataractas cum in uicum æthiopiæ non magnum admodum diuertissent: atq; illic cenantes quiescerēt: seria iocis permixta colloquentes, ecce subitus clamor in uico auditus est, mulierum sese inuicem cohortans

tium: quarum aliæ pellere, aliæ telum capere clamita-
 bant. uiros quoq; ad eiusdem operis communicatio-
 nem cohortantes: illi uero fustibus aut saxis, & quic
 quid in manus uenisset arreptis exclamabant se inius-
 ria erga uxores affici. Venerat autem in uicum illum
 decimo iam mense antea satyrus furcens erga mulieres,
 iamq; duas interfecisse ferebatur: quas amare maxi-
 me uisus fuerat. Hæc audiētes Apollonij comites cum
 perterriti fuissent ne timeatis inqt Apollonius, scio
 nanq; satyrum quendam huic loco uim afferre. Certe
 per iouem inquit nilus: neq; nos nudi hunc iam diuti-
 us insultantem auertere potuimus unquā, quo minus
 more suo lasciuiret. Est tamen inquit Apollonius ad-
 uersus insultatores huiusmodi remediū aliquod quo
 usum fuisse midam perhibent. Ipse enim Midas saty-
 rorum genus participauit: quod ipsius aures manife-
 stant. Satyrus igitur quidam propter affinitatem ip-
 sum illudebat in midæ aures calūnias iactans, nec uo-
 ce solum uerumetiam tibys in ipsum carmina decan-
 tabat. Ille uero cum ex matre: ut opinor: audisset Sa-
 tyros uino demulceri, adeo ut cum epoto uino dormi-
 tauerint: mansuefacti postmodum non amplius con-
 uitientur, fontem: qui penes regiam erat uino cōmi-
 scuit: deinde satyrum ad fontem immisit: ille autē bi-
 bit & superatus est: & ne hoc falsum esse putetis:
 queramus a uici huius prefecto num aliquid uini loci
 huius habitatores habeant, & illud satyro prebea-
 mus, sic enim nō amplius molestiam afferet. Cum ita
 fieri cunctis placuisset amphoras quattuor ægyptias

LIBER.

uino plenas magno uasi imposuere, ubi eius uici pecora bibere consueuerant: eo peracto Apollonius Satyrum inuocauit occulte etiam aliqua minatus. ille autem quasi adhuc uinum non uidisset: eius tamen odore pene ac si bibisset correptus accessit. Postquã uero bibit, libemus iquit satyro Apollonius iam enim dormit: ea cum dixisset: omnes uici habitatores ad nimbpharum atra deduxit: quæ iugeris spacio a uico distabant: ibiq; dormientem illum ostendens, uerberibus inquit & maledictis parcite: neq; illum ullatenus lacefite: iam enim molestiam uobis afferre desinet: et hoc quidem Apollonij opus non preter itineris propositum: sed ob ipsum iter contingens fuit. Extat autem illius epistola ad maledicum quendam adolescentem scripta quæ demonem Satyrum in ethiopia se mäsuefecisse narrat, nihil aliud q̄ id quod nuper retulimus exprimere uolens. Satyros autem esse & procliuēs ad amandum existere negandum non est. Ego enim in lēno quōdam audiui æqualem meum qui ad matrem suam uenire solitum satyrum quēdam narrabat: cuiusq; talem designabat habitum, dicebatq; nebride humeros amiciri: cuius anteriores pedes collum circumplectentes in pectore necebantur: Sed de his hactenus: neq; enim experientia credendum non est neq; mihi. Descendenti ex ethiopia Apollonio aduersus eufratem discordia ex quotidianis sermonibus incrementum accepit: eius igitur curam aliquam Menippo niloq; mandauit, uehementer enim amabat nilum. Interea titus captis ierosolymis oia circū loca cadaueribus cō

pleuerat: finitimæ autem gentes ob uictoriam coronã
 re ipsum uoluerant: Ille uero tali honore indignum
 se esse respondit, non enim se esse talium operum au-
 ctorem: sed deo iracundiam contra iudeos demonstrã
 ti suas manus præbuisse. Ea cum audisset Apollonius
 uehementer uirum laudauit: q̄ uideretur titus inge-
 nio abundare & modestia. tum uero diuinarum hu-
 manarumq; rerum naturam nosse: cum sanguinis cau-
 sa coronari noluisse. Epistolam quoq; ad eũ scripsit:
 quam ad eum perferre damidem iussit: fuit autẽ epis-
 tola talis. Apollonius Tito Romanorum Duci Sa-
 Q uod nolueris pugnarũ causa: et humani sanguinis
 effusione coronari: ego tibi modestiæ coronã tribuo:
 cũ te optime nosse animaduertã, quorũ gratia coronã
 ri quicq; oporteat: Vale. Hac epistola gauisus Titus. et
 meo inq̄t et patris noiẽ tibi gratias habeo: et officio-
 rum tuorũ memor ero. Ego n. hierosolymã: tu autem
 me cœpisti. Cũ igitur imperator esset Romæ appella-
 tus Titus: et omnibus ornatus dignitatibus abire con-
 stituit, ut simul cũ patre imperaret maximi tamẽ fa-
 ciens Apolloniũ, permultũ pficere posse arbitratus ẽ,
 si etiam breui tẽpore alloqui eũ posset. Quapropter
 ab eo petiuit: ut argos accederet: ibi seipsum expectas-
 re promittens: eo cũ uenisset Apollonius alacriter eũ
 complectens Titus: omnia mihi inquit pater per epis-
 tolas retulit: quæ te tamẽ quõdã cõsultauit: et ne for-
 te mentiri me putes: ecce tibi eius epistolã: ubi te bene-
 factorem suum: & bonorum omnium: quæ habemus
 auctorem appellat. Ego autẽ ãnos natus triginta iisdẽ

LIBER

autem honoribus: quibus pater iam sexagenarius ornatus: & cum eo pariter ad imperiū preter id: quod dubito an recte satis impare sciam: uereor etiam ne maiora quā me deceat aggredi moliar: demulcens autē eius collum Apollonius, quod robustum erat perinde atque eorum qui corpus exercent: dic mihi inquit: quis tam ualida ceruice taurum iugum subire cogeret? Is inquit Titus: qui me uitulum a primordijs educauit: patrem illis uerbis denotans: cui ego obtēperare paratus sum quod ita me a puero suis praeceptis assuefecit. Gaudeo inquit Apollonius primum quod te patri obtemperare paratum uideo cuius dominatu gaudent etiam subditi: & qui natura filij non sunt: quod si frequenter eius domi uersaberis honorē mereberis: iuuentute enim una, cum senectute regnum gubernāte: quae lyra quae fistula iocundiores resonabit armonia. Hic enim et senectus robur aliquid accipiet, et iuuetus inordinate non efferetur. Mihi uero Titus inquit o tyanae de regno: et imperio quid praecipis? A ge inquit Apollonius. Tu iam tibi quid agendum sit persuasisti cum enim sis patri suppositus, emitere quo ad potes ut illi similis euadas. Ego autē Archytæ sermonē tibi narrabo. Fuit enim uir dignus cuius disciplinam studeant homines: is tarcto ortus, & Pythagoricæ doctrinae sectator de puerorum educatione scribens: sit inquit pater filijs uirtutum exemplar: quasi parentes id ipsum sit ad uirtutes studiosius capescendas incitaturum, si filios ob id sibi similes futuros censeant. Ego autē demetriū sordalem meū tibi comitē adiungā: qui tecū erit ubicunq;

uolueris: & quid bonum principem facere deceat edo-
 cebit. Tum Titus qualis inquit est eius uir: quem dicis
 sapientia. Audacia pollet inquit Apollonius uera loque-
 di, quam nullius rei timor impedit: habet enim uim
 quãdam cynicam. Cum Titus audito canis nomine tur-
 batus esset. Thelemachus inquit Apollonius apud home-
 rum inducitur canes petens duos: qui tanquam famuli ipse
 sum comitarentur ad itacensium contionem proficiscen-
 tem, quamuis hi comites rationis essent expertes.
 Tibi uero canis aderit: qui pro te aduersus alios, et con-
 tra te ipsum, & si quãdo peccaueris sapienter tamen
 & nõ sine ratione latrabit. Ducam igitur titus inquit
 pedissecum canem. Concedam enim non latrare tantum:
 sed etiam mordere quotiens iniuste aliquid me facien-
 tem animaduertent. Scribetur inquit Apollonius episto-
 la, nunc enim Romae philosophatur. Scribas inquit
 Titus, uellem autem mei causa aliquis etiam ad te scribe-
 ret ut mecum una Romam uenires. Veniam inquit Apol-
 lonius, quãdo utriusque nostrum commodius erit et utilius
 Semotis deinde arbitris Titus quãdo inquit soli sumus
 Apolloni permitte quaeso de his: quae mihi maxime cu-
 ra sunt aliquid interrogare. Interroga inquit Apol-
 lonius, idque tanto audacius quãto de rebus maioribus
 interrogaturus es. De uita mea Titus inquit: & a qui-
 bus maxime cauendum mihi est interrogare, nisi forte
 nimis timidus uideri dubitarẽ: iam nunc talia formidãs.
 Immo uero cautum & prudentem uirum inquit Apollonius
 talia perspicere decet. Inde ad solẽ respiciens per ipsum iu-
 rauit se iam antea statuisse et non interrogatum aliqd.

LIBER.

sibi hac de re dicere, quoniam Diij præcepissent nuntiare: ut uiuente patre ab ijs q̄ sibi eent inimicissimi caueret, mortuo autem ab ijs qui sibi essent propinquissimi. Quo autem mortis genere moriturus sum Titus inquit: eodem inquit Apollonius: quo Vlysses mortuum esse perhibent. Aiunt enim illi mortem ex mari contigisse. Hoc autem dictum ita Damis interpretabatur: ut tridentis cuspidem sibi cauendam moneeret qua percussum Vlysses asserunt. Titum autem cum post mortem patris annos duos regnasset a maritimolepore interfectum dicunt. Is autem piscis humores quosdam occultos habet mortiferos supra omnia uenenum quæ mari terræ nascantur. Et Neronem hunc ipsum piscem epulis miscuisse quandoque tradunt aduersus homines sibi inimicissimos. Domicianus quoque hoc eodem contra Titum fratrem usus fuisse putatur: quod graue molestumq; sibi uideretur simul cum fratre humano benignoque uiro imperare. Cum illi talia secreto inter se fuissent loquuti, postea coram omnibus mutuo se complexi sunt: abeuntem uero Titum his uerbis allocutus est Apollonius. Vince o rex hostes quidem armis, patrem uero uirtutibus. Ad Demetrium autem epistolam scripsit his uerbis. Apollonius philosophus Demetrio cani gaudere. Ego te regi Tito regalium morum præceptorem dedi: tu fac: ut illi de te uera dixerim, secumq; sine uerecundia conuersare: Vale. Tarsenses præteritis temporibus Apollonio infensi fuerant, propter graues obiurgationes, quibus in ipsos usus fuerat, cum delitiosi mollesque

ne uerba quidem monentium perferre possent: tunc autem usque adeo illum amabant: ut benefactorem ciuitatis, et unicum urbis fundamētum illum esse putarent. Nam cum rex aliquando publice sacrificaret, congregata in unum ciuitas de rebus maximis pertinentibus supplicatum ad regem uenit: ille uero petitionibus eorum auditis in memoria habiturum. Et de ipsis cum patre communicaturum respondit. Quinetiam legati uicem apud patrem pro ipsis subire pollicitus est. Accedens autem Apollonius: Si ego inquit horum aliquos manifeste coarguerim: tibi patrique hostes acerrimos fuisse, legatosq; ad res nouas molendas Hierosolymam esse profectos. Et auxilia eius paternisq; hostibus præbuisse: quid tu erga tales homines faceres? Quid aliud titus inquit: nisi ut morte plecterentur. Non igitur turpe iudicas inquit Apollonius a delinquentibus poenas statim repositum: in dandis autem beneficijs cunctationem querere: Et eas quidem ex te ipso inferre: horum alterius sententiam ascendere sociam. His uerbis letatus rex, permitto inquit concedoq; postulata: neq; enim mihi pater succēsebit quod abs te Et a ueritate fuerim superatus. Talia apud uarias gentes Apollonius partim docens, partim etiam discens philosophatus est. Posteriores peregrinationes eius multæ quidem fuerunt: non tamen tam longæ: neue apud tam exteras nationes. quod quidem sciam. Nam postquam descendit ex ethiopia frequenter secus ægyptiū mare uersatus: apud phenices quoq; et cilices ionefq; et acheos: rursusq; apud Italos māsit: nihil unquam

LIBER

omittens quo minus semper sibi similis uideretur. Cū enim perdifficile putetur seipsum noscere. ego multū difficilius arbitror sapientem sibi similem permanere: neq; enim eos qui natura prauī sunt cōmutabit in melius: nisi antea se ita cōparauerit, ut ipse immutabilis maneat. Verum de his alio loco sufficienter a nobis dictum est: ubi etiam edocuimus: eos qui non delitiose molliterq; inter se degunt: quod eum qui reuera, nec simulate uir est, nulla contingens res permutabit: aut in seruitutem rediget. Sed ne prolixiores sermōes faciamus exacte narrando. quæ apud singulos philosophatus sit: neue rursus uideamur silendo interrumpere sermonem: quem non sine labore cōscribimus ijs: quibus uir tantus ignotus erat: uisum est mihi studio siora eius uiri facta narrare: & quæ magis digna memoratu apparuerūt. Putamus autem hac asclepiadarum peregrinationis similia uisum iri. Adolescens quidam omnium bonarū artium ignarus studiose uarias aues erudiebat: sapientiæ quo ad poterat picipes eas reddens: docebatq; & hominum uoces imitari: et gutture tanquam tibijs modulari. Huic occurrens Apollonius quidnam artis exerceret interrogauit: cuiq; ille Philomelas & Psitacos: & alias aues: quæ linguā habent expeditiorem docere se respondiisset. ipse autem esset in loquēdo rudis & incultus: uideris inq; Apollonius huiusmodi aues corrumpere. Primo quidem quæ eas sua, ut ita dicam locutione uti non sinis: quæ adeo suaui est atque iucunda: ut eam nulla musicæ instrumenta possint imitari: deinde cum tu græcorum om

nium pessime loquaris, tuæ ruditatis discipulas ipsas facis. Frustra in super facultates tuas consumis: cum enim tuos comites, & te ipsum quo pacto sis cultus in tue or: diues mihi delitiosusq; eẽ uideris, huiusmõĩ aut uiros calumniatores premunt: linguis contra eos pro stimulis utentes: neque aduersus eos tibi quicquam pderit auium curatio. non enim si philomelarum omnium cantus in unum congeras abigere illas poteris tibi incumbentes, & in te cõiitia iugiter iactãtes. Sed opus est facultates tuas illis impartiri: & pecuniam illis tanquam canibus mellitas offas obijcere: quibus rursus latrantibus iterum atque iterum dandum erit quo ad ipse pauper euadas. Opus igitur tibi est curatione insigni, & uitæ mutatione p̄clara: ut agnoscas te frustra in nauibus consumpsisse diuitias: cum tamen ita uiueres, ut plorare potius quã cantare ob tua merita aues debuerint. Est autem mutatiõis huius remedium non magnum neq; difficile. est enim in singulis ciuitatibus hominum quoddam genus tibi adhuc ignotum, id autem magistrorũ genus ab hominibus uocatur: his pauca ex tuis facultatibus præbens tuto reliquas possidebis. Forensẽ nãq; rethoricam te docebunt. Est autem ars ea cognitu facilis quod si te in pueritia constitutum adhuc uiderem consulissem ut ad sophistarum philosophorumq; limina accedens: omni sapiẽtia domum tuam sepires. Sed quoniam in illa discendi tempus præterijt disce saltem, ut pro te ipso dicere possis, atque illud tecum meditare: quod si perfectiora didicisses similis esses armato homini:

LIBER.

Et ceteris terribilis. hæc autem si didiceris expedito-
 rum militum, aut funditorum armaturam habebis:
 qua poteris calumniatores perinde ac canes ferire.
 Hæc uerba diligenter considerans, A dolescens auium
 studio curaq; relicta, ad præceptores pfectus: qui men-
 tem eius ac linguam direxere cum opinionū duæ sars
 dibus uigerent: quarum una dicebat pactolum quons
 dam aurea frustra creso deferre solitum: altera quod
 arbores antiquiores eēt quā terra eorum. unā ueris
 militer aiebat Apollonius credi posse: nam Et in are
 nosis tumulis auri parua frustra inueniuntur: Quæ
 postmodum ab imbribus una cum arenis in pactolum
 deferri non est absurdum: tempore autem quod talia
 relinquere gaudet illa defluere desinunt. Alteram autē
 opinionem ualde deridebat inueniens: uos arbores dis
 citis terra priores existere: ego autem satis lōgo tem-
 pore philosophatus, nunquam agnoui astra celo fu-
 isse priora: atque illud etiam edocuit: quod nihil fit
 unquam nisi antea id extiterit: in quo tale id fieri de-
 bet: Cum Syriæ pfectus suspiciones ciuibus inserens
 Anthiochiam ad seditionem contulisset, ciuitas omis
 in duas partes diuisa secesserat, ingenti autem terrea
 motu coorto uniuersi perterriti sunt: Et quod i eius
 modi portentis fieri consueuit, permixtis ciues Dijs
 immortalibus pro salute uota faciebant: Accedens
 itaque ad eos Apollonius: Deus inquit manifeste uo-
 bis concordia sequester ac mediator extitit: uos autē
 si sapitis non iterum post hac dissidebitis talia metus
 entes: monuitque ut cogitarent quidnam ob seditiōe

nes essent passuri: utque aliorum exemplis, moniti sibiipsis cauerent & consultarent. Illud præterea memoratu dignum duximus: quod paulopost enarrabimus. Quidam pro thesauro inueniendo telluri sacrificabat, & eadem de causa supplicare Apollonio non dubitauit: qui cogitans cuius rei amore teneretur, lucratores te esse uideo percupidum. Ille autem facultates inquit nullæ mihi sunt, præter admodum paucas: quæ educandæ familiæ non sufficiunt: uideris igitur inquit Apollonius familiam magnam & ociosam educare domi: neque enim imprudētibus cōnumerandus appares. Ille uero parumper lachrymans, filias inquit habeo quattuor: quapropter & dotibus quattuor indigeo. Habeo autem drachmas tantum bis mille, quas ubi filiabus pro dotibus dero. Ille quidem parum accēpisse uidebuntur. Ego autem funditus periero, cum nihil penitus mihi relinquitur. Illum igitur miseratus Apollonius, ego inquit & terra de te curam habebimus: nam illi te sacrificare frequenter dicunt. Post hæc uerba Apollonius in suburbanos agros profectus, tanquā unus ex his qui fructus emendo querunt: uidens autē agellum oliuæ consitum: gaudens illum aspiciebat: nam arbores uiridissimæ erant ac procere & in agello hortulū esse animaduertit ubi apum erāt examina: & flores permulti: horumq; ingressus quasi maius aliqd. illic cōsideraturus Pandoræ sacrificauit: deinde in urbem reuersus agelli dominum cōuenit: qui diuitias iniquissimis qbuscunq; rationibus cōparans phenicū fortu-

LIBER.

nas congregabat. Hunc itaque alloquens Apollonius talem inquit agellum quanti emisti quidue postmodum in eo colendo sumptus fecisti. Ille autem anno proximo drachmis mille quingentis agrum se emisse respondit: sumptus autem in colendo fecisse nullos. hortatur igitur Apollonius uirum, ut duobus drachmarum millibus agrum sibi uendat cum drachmarum quingentarum lucro, Emptor autem quid acciperet muneris nundum intelligebat: uenditor uero pecuniarum amator pluris multo bis mille drachmas quam agrum ipsum faciebat, quod pecunias in manibus habens sibi penitus subiectas fore ipsas animaduertebat agrum uero imbribus & gradinibus, & ceteris multis quæ fructus plerumque corrumpunt expositum esse sciebat. Sed postquam amphoram tribus millibus daricis plenam humi defossam inuenit in ea horti parte: ubi apum aluearia fuisse diximus, copiosis, etiam olearum fructibus potitus est: cum alibi non multas oleas terra protulisset: tum uero maximas uiri laudes ubique decantabat: ipse uero a multis procis colebantur. Aliud præterea memorabile ab Apollonio gestum huiusmodi comperi. Quidam simulachrum ueneris quod nudum in Gnido positum est: uehementer amabat: magnamque facultatum suarum partem donaria in templo suspendens consumpserat: Plura etiam se donaturum pollicebatur: si eius nuptijs potiretur: Hæc Apollonio scelestas uidebantur: cum præsertim id gnidij non prohiberent: sed Deam famosorem uisum iri putaretur si ama-

retur. Apollonio autem consentaneum rationi uisum est tali dementia templum purgare, & interrogantibus se gnidijs an aliquid emendare uellet ex ijs: quæ apud ipsos in templo: aut sacrificando aut orando seruebantur: oculos inquit emédabo, templi autem ritus perinde, ut nunc sunt sunt: Inde uirum ad se uocãs: qui amore torquebatur interrogauit, an putaret deos esse: cūq; ille se putare dixisset atq; adeo, ut eorū etiã amore teneatur, nuptiarumq; memoriam intulisset: quas sacrificijs assequi se posse arbitrabatur te inquit o demens poetæ extulerunt: qui anchisas & peleos deabus commixtos esse fabulatur. Ego autem de amore hoc agnosco, q̄ dei deas, & uiri mulieres, & beluæ beluas & ut breuiter omnia complectar similia similes amant quoniam similes et eiusdem generis partus ædant: alterius uero generis animal si dissimili coniungatur: neq; coniugium, neq; amorem seruare potest: q̄ si ea: quæ de ixiõne feruntur cogitares: nunquã tibi uenisset in mentē: tibi dissimile aliquid amare: atq; ille quidem rotæ affixus per cœlum uoluitur: tu autem nisi e templo discesseris in omni terra funditus perderis, nec iure conqueri poteris iniuste, tibi a dijs talia prouenire. His uerbis illius furor extinctus est: et qui se amare antea iactabat, tunc pro impetranda uenia sacrificaturus abiit. Cum ciuitates in hellesponti sinistra parte positas crebri terremotus concuterent: egyptij chaldeiq; sacrificuli apud eas pecuniæ colligende causa conuenerant decem poscentes talenta pro sa

LIBER

cris neptunno tellurique faciendis: Conferebāt autem
 ciuitates pecunias cum ex publico: tum etiam ex pri-
 uatis facultatibus, nihil pensi ob timorem facientes.
 illi enim nisi ex pecunia apud argentarios deposita es-
 set sacra pro eis facere negabant: quod postq̄ animadu-
 uertit Apollonius turpe sibi putauit hellesponticas ci-
 uitates negligere. Ad eas igitur accedens sacrificulos
 obiurgauit: q̄ ex alienis malis thesauros quærerent, et
 causas eorum quæ tunc acciderant enarrans, sacrisq̄
 ut cuiq̄ commodum esset fieri iussit exiguò sumptu
 calamitatem dimouit, & terra constitit. Per ea tem-
 pora Domitianus Romanorum Imperator legem tu-
 lerat ne quis homines facere eunuchos: neue ulterius
 plantare uites auderet & quæ suo tempore plan-
 tate fuissent uidebat amputari, ueniens itaq̄ ad io-
 nes Apollonius, hæc inquit præcepta ad me attinent.
 solus enim fortassis hominum omnium, neq̄ pudens
 dis egeo: nec uino utor: oblitus tamen est admirabilis
 Imperator, quod hominibus parcens terram ipsam fe-
 cit eunucham: quamobrem ausi sunt iones ad impera-
 torem legatos pro uitibus mittere, & uacationem le-
 gis ab ipso petere: qui terram populari amputandis ui-
 tibus iussit: & ulterius non plantare. Hoc insuper qđ
 tharsi gessit Apollonius tanq̄ memoria dignum decā-
 tatur. Rabiosus canis adolescentem obuiam factū mo-
 mordit: quo morsu i caninos mores deflexit adolescēs.
 Latrabat enim sedebatq̄: uelut canis, & ceu quadru-
 pedes gradiebatur manibus, tanquam pedibus utens,

iamq; dies triginta hoc morbo laborabat. Veniens igitur tharsum Apollonius, cum adolescentis infortunium agnouisset ciuibus precepit; ut canem qui illum mors morderat inquirerent illi uero nunq; se canem illum uidisse iurabant; q; extra ciuitatis muros deprehensus a cane fuisset adolescens, dū sese iaculādo exerceret, nec postq; in morbū inciderat ex eo scire potuerat quisq; quæ formā quæue statura canis fuisset. Paulū igitur cunctatus Apollonius o damis inquit is canis albus ē, et uillosus, et custodiendis ouibus accommodatus, et amphiloichis canibus magnitudine æqualis. Stat autē tremebundus iuxta fontem aliquem aquam enim excupit et timet: ipsum autem ducito, secus fluminis ripam ubi palestræ exercentur: hoc tantum eius auribus immurmurans: q; a me uocatur, paulopost canis a damide tractus ad Apollonij pedes procubuit eiulans ceu qui supplices altaribus admouerentur: illum autem manibus mulcens Apollonius, penes ipsum adolescentem constituit: quem ex manu detinebat. Tunc ad eos qui aderant conuersus, ne uos inquit magnum archanum lateat: sciatis animā, thelephi mysij in hunc puerum translata esse et fata ab ipso hoc exposcere: his dūctis canem lambere morsum iussit: ut idem medicus esset: qui uulneris antea auctor fuerat: quæ cum egisset adolescens ad patrem conuersus est, matrem recognouit. æquales quoq; salutauit nominatim: et haustam excyano aquam bibit. Neq; uero canis curationem neglexit Apollonius. Sed pro illo sanando fluuium precatatus est: canis uero fluuium ingressus, cum

LIBER

in eo natans aliquādiu moratus esset in ripa consistēs
 ululauit: quod rabiosi canes facere nō consueuerunt,
 & auribus amissis caudam uibrabat, tanq̄ & ip̄e cō
 ualuisse sese agnosceret: Medicamentum nanq; rabiei
 est aqua si eam attingere rabiosus audeat. Hęc ab A
 pollonio acta sunt in templis & ciuitatibus apud po
 pulos, & pro populis super mortuos aut egrotantes,
 & cum sapientibus, ac non sapientibus tractata, &
 cum regibus qui illum uirtutis consiliarium adhi
 buerunt.

PHYLOSTRATI DE VITA
 APOLLONII TYANEI
 LIBER SEPTIMVS.

Eque uero sum nescius q̄ magnū
 iudiciū uere philosophantiū tyrā
 nides existant, praterea inquirere
 uolētibus concedo q̄ singuli erga
 ipsos egerint: cum alius maius ali
 us minus in hoc sit operatus, mea

R uero ad hoc ipsum nūc tendit oratio. Tēpore quo Do
 mitianus impauit accusationes et iudicia plurima A
 polloniū circūuenerē, quomodo autem, et unde princi
 pium sumpserint: et quo nomine illarū qualibet fue
 rit appellanda paulo post explicabo. Et quoniā mihi
 dicere necesse est: quid dicens, et qualis uisus iudicium
 euaserit tyrānos potius cōuincens q̄ ab eisdem uictus
 non alienū duxi. Horū gratia prius enarrare sapientū

hominū erga tyrānos acta quæcūq; memoratu digna
 cōperi: Atq; illa cū Apollonij factis cōparare. Sic em̄
 optime ueritatē inueniri posse sum arbitratus. Zeno
 igitur eleates: qui dyaleticā primus inuenit Nearchi
 mysij tyrannidē euertere tentās, deprehensusq; cū uar-
 rijs supplicijs torqueretur socios cōiuratiōis minime
 prodidit: sed quos tyrāno fidissimos nouerat calūnia
 tus, ut morte dānarentur effecit: ipse autē Mysiā libe-
 rauit: tyrannidē erga seipsam errare, Faciēs. Plato, au-
 tem p̄ siciliæ libertate certamē suscepisse dicebatur,
 Dionē eiusdem sententiæ comitem asciscens. Python
 autē rheginus exul cum ad dionysium siciliæ tyrannū
 cōfugit, atq; honoratius ab eodē susceptus: q̄ exuli cō-
 uenire uideretur tyrāni mentē intellexit rhegij capiē-
 di per cupidā: Cūq; id rheginis per epistolā nūciasset
 a tyranno deprehensus est: quapropter tyrannū illū
 uni ex machinis: quas pro rhegio expugnādo cōstruxe-
 rat uiuū suspendit: eāq; muris admouit existimās rhe-
 ginos ne Pythonē uulnerarēt aduersus machinā tela
 non emissuros, ille autē magnis uocibus exclamās rhe-
 ginos hortabatur, ut in machinā tela torquerēt: se nā
 q; aiebat signū libertatis esse p̄positū. Heraclides au-
 tem et Python, qui cottū thracē interfecerūt hominū
 culi quidē ambo erāt: achademicorū autem disciplinā
 secuti sapiētes liberiq; euaserāt. Calisthenē autē olyn-
 thium nemo ferme ignorat: qui uno eodēq; die Mace-
 dones laudauit et accusauit: tū cum maxime uiribus
 pollerent: quāobrem ueluti molestus ipsis interfectus
 est. Diogenes quoq; synopeus, & crates thebanus cir

LIBER

cunferuntur, quorū is quidē pro cheronia ueniēs, Phi-
 lippū pro Atheniensibus grauitē obiurgauit: absurdū
 esse dicēs armis eos perdere: qui pro se arma quā-
 doq; cōpissēt. Crates autē cum Alexander thebas
 instaurare sui gratia uelle diceret, ego inquit patria
 non egeo: quam armis prepotentiōr iterum subruat.
 Sed quoniam prolixitatē oratio refugit plura: quæ
 adhuc dici possent omittā, presertim cum ea quæ di-
 cta sunt refellere sit necesse: nō quia turpiter: aut pre-
 ter rationē gesta sint. sed quia actis ab Apollonio sunt
 inferiora, quā aliorum omnium facta exuperent. Eleas
 enim zeno, qui cottum interfecere, non mul-
 tum laudis mereri uidentur quia thraces, mysios
 getas in seruitutē ducere per facile est: liberare au-
 tem stultum cum libertate non gaudeant: ut seruitu-
 tē nequaquam turpem esse arbitrentur. Quod autē
 minus sapiētē fecerit plato, satis patet: siciliæ res po-
 tius quam atheniensium tentans emendare: unde etiā
 iure uenditus fuit decipiēns alios: et itidem ipse de-
 ceptus: hæc inquam faciēs, quæ minus sapiētē egerit,
 dicere uerear: cum sciam plerosq; moleste talia
 uerba audituros. Quæ autē rhēginus Pythōn erga
 Dionysium non stabiliter regnantē aggressus est
 audaciā profecto præ se ferunt: sed cum esset omni-
 no a tyranno interficiendus, etiā si a rhēginis uul-
 neratus non fuisset, mirabile meo iudicio nihil fecit
 mortem pro libertate aliorum potius quā pro sua dili-
 gens seruitute. Calisthenes autē ne nunc quidē pra-
 uitatis infamiā fugit, eosdem laudans atq; uituperās,

SEPTIMVS.

140

aut enim eos uituperauit: quos laudandos putabat: aut
 laudauit quos censebat uituperandos. Præterea si ui-
 ros bonos nuncupauit inuidiæ suspicionē euitare non
 potest. Qui autē assentando prauos laudat: ipse deli-
 ctorū quæ ab illis fuit culpam feret: Præui. n. si laudē-
 tur deteriores euadunt. At uero Diogenes pro chero-
 nia Philippo locutus quis illum compescuit, ne arma
 afferret atheniensibus cū tamē inceptis persisteret ob-
 iurgauit sane hominē, non autem emendauit. Crates
 quoq; forsitan, culpa nō carebit ab homine ciuitatis
 amatore: q; Alexandri consilijs nō consenserit: quæ p
 thebis instaurādis meditabatur. Verum Apollonius,
 nec pro periclitāte patria supplicās, nec de salute cor-
 poris desperans, nec sermones insulos ullos pferens:
 nec pro mysijs getisue. nec apud principē: q; uni insu-
 læ aut paruæ regioni imperaret: sed sub quo terra ois
 erat et mare uniuersum aduersus hunc inquā q; male
 imperabat sese compauit pro utilitate eorū: qui impe-
 rio suberāt: cū eadē mēte aduersus Neronē antea usus
 fuisset: ut illa tanq; præludia, quia existimare posset:
 tum pactis illis ab incepto nō destiterit: nā et uindictis
 auxerat uires, et tigillinū grauiter increpans debilio-
 rem tyrānidem effecerat. Verū enim uero iactationis
 nimiū forsā habere uidebitur hæc oratio, quia non
 admodū præclarū fuerit aduersum Neronē insurgere
 psaltriæ fidicinæq; more uiuentē: de Domiciano dice-
 re quid poterunt? qui corpore erat robustissimo
 voluptates omnes aspernabatur quæ ex musicis in-
 strumentis, aut pulsationibus ortæ uires, labefactant

LIBER

ac minuūt: & cui aliorum dolores et gemitus iocūdi-
tatem letitiāq; præbebant. Perfidiā uero populorum
erga tyrānos, tyrānorum uero erga reliquos, oēs custo-
diam quandā eē dicebat. Aiebat quoq; regem noctu ab
omnibus operibus cessare oportere: tunc aut cedēs: &
trucidatōes exercere: quapropter, senatus mēbra sunt
amputata optimis qbusq; uiris ab eo interfectis: Phi-
losophia autem adeo perterrita est: ut habitu mutato
philosophi: partim in hyspaniā, partim in lybiā: scythi-
æ deserta confugerent: quidā etiā uiuendi ratio-
ne mutata scelerū consiliarios illi sese adiungerēt. Et
sicut a Sophocle tiresias ad edippum de seipso loquens
inducitur, non tibi sed ignominia seruiens uiuo: Sic
Apollonius dominā sibi constituens sapientiam liber
erat a Domiciani calamitatibus, cum tiresia, Sopho-
clisq; uerba aptasset: et priuatim sibi nihil metuebat:
quæ autem in aliorum perniciem fieri uidebat misere-
batur. Quapropter senatoriā: et quæ in quocūq; erat
prudentiam contra tyrannū concitauit. Pergēs enim
ad uarias gentes: & illarū principes philosophice al-
loquens dicebat, non immortalem esse potentiam ty-
rānorum: & qui ceteris terribiliores appareant ma-
gis ac facilius superari. Narrabant quoq; palladis lus-
tos athenis celebrari consuetos: ubi harmonij & aria-
stogitonis laudes cantabantur: & Atheniensium tri-
buum acta: quibus triginta simul tyrāni superati sunt.
Romanorum quoq; referebat facinora, & q; popu-
lus ille armis, quondam ex urbe tyrānos pepulisset.
cum tragediarum hystrio Iunonis fabulam ageret

SEPTIMVS.

ephesi: & audiendæ fabulæ præfectus a siæ interesset uir, licet adhuc iuuenis, consulari tamè dignitate clarus, uidereturq; accuratius illam audire: histrio euripidis iambica perageret. in quibus poeta dixit longo tempore ductos tyrannos a paruis quandoq; uiris & breui tēpore superari. Profiliens in medium Apolloni us: at uero hic pavidus, nec me nec euripidem intelligit. Iterum quoq; cum Domicianum memorari cogitasset: atq; ipsum nōnulli laudarēt. quod Romæ templum uestæ purgasset uirginibus tribus zonarū causa interemptis, & quia rem cum uiris habuisse culparentur: cum oporteret eas castas atq; intactas iliēsem Palladem, & ignem perpetuum custodire. Hæc audiens Apollonius utinā inquit: & tu O sol iniustis cœdibus purgareris: q̄bus nunc uniuersa terra referta ē: atq; hæc non priuati. sicut puidi solent: sed in tubam Palamq; predicabat. Cū Domicianus agnato suo Sabino interfecto Iuliam duxisset uxorem (erat autē Iulia interfecti q̄dem Sabini uxor. Domiciani uero ex filia neptis) ephesij pro nuptijs imperatoris sacrificabant. Interueniēs autem Apollonius, o, nox iquit qualis quondam fuit Danaï filiarum, cur sola fuisti? Quæ autem per ea tempora Domicianus fecit talia fuere. Nerua, qui post Domicianum iuste modesteque imperauit iam ad imperiū uocari uidebatur, id præcipue Orfitus ac Rufus opinabantur, hos Domicianus paratarū contra se insidiarum insimulans in insulam relegauit. Neruam quoq; tarentū secedere iussit: his familiaritate coniunctus Apollonius, dum Titus

una cum patre, ac deinde solus imperauerat modestiæ aliarumq; uirtutum præcepta dederat, eosq; tanquã bonos frugiq; uiros imperatoribus iam dictis in fidẽ amicitiamque commendauerat. Domicianus autem quoniam asper difficilisq; uideretur, eosdem seiuixerat, & ad cõmunem libertatem capescendam hortabatur: quia per epistolas illis consulere, non satis tutum arbitrabatur: cum potẽtiores quosdam serui prodidissent, alios etiã amici & uxores, ita ut nihil tutum nihil secretum esse posset etiã domi. propterea Apollonius e comitibus suis: quos prudentiores agnouerat, modo hũc modo illum ad eos mittens, ministrũ dicebat preclari secreti te facio, p̄gereq; Romã te oportet ad uirum talem: eiq; persuadere, ut mihi consentiat. Postquã autem illos Roma pulsos audiuit: & ad opprimendum tyrannum prompto paratoq; animo esse: obsegnitiem uero tarditatemq; ab inceptis destitisse, defato, et necessitate multa diseruit apud Smyrnæ lucum: ubi Melitis erat simulachrum cũq; paulos post Neruam regnaturum esse certe sciret, rem omnẽ illi aperuit, probauitq; tyrannos fatis afferre uim nequaquam posse. Erat Domiciani statua penes melitẽ posita, ad eam omnes qui aderãt, conuertens Apollonius, o, demens inquit quam multum abes a fatorum necessitatibusq; cognitiõẽ. Is enim cui post regnare fato datum est, etiã si abste interficeretur reuiuiscet. Hæc Apollonij uerba nuntiante Eufrate ad aures Domiciani peruenerunt: quid autem detulisset nemo sciebat: sed percussus metu tyrannus interficere homines

illos constituit: uerū ne sine ratōe id facere uideretur,
 misso nūtio accersiuit Apollonium: ut de secretis ser
 monibus cū Nerua & amicis eius habitis excusatōem
 facturū Romam ueniret: secūq; ita rōcinabitur Da
 micianus fore si mandatis obtemperans Apollonius
 Romam ueniret: hunc quasi iudicio cōuictum si dam
 nauero iure cesus Apollonius, amiciq; etiam ab omni
 bus putabuntur: si uero quadam fretus prudentia ad
 manifestum piculum accedere noluerit: tūc etiam ius
 stius illos cōmuni omnium opinione damnatos, quāse
 mandatorum contemptores interfectorum esse puta
 bat. Hæc itaque secum meditatus Asiæ prefetto missa
 epistola præceperat: ut homines comprehensos i uin
 cula coniceret: uerum hoc diuina quadam scientia mo
 nitus ut solebat Tyaneus preuidit: uulgoq; amicis di
 cebat secreto sibi peregrinandum esse urgente necessi
 tate: quo audito alij quidem de uetusto auaride cogi
 tabant, opinantes illum in similem quempiam locum
 profecturum. Ipse autem, ne cū Damide quōdam cō
 municato consilio in Achaiam cum illo nauigauit:
 inde Corinthum traiciens: & sacris ut cōsueuerat cir
 ca meridiem soli peractis in Siciliam primo: deinceps
 in Italiam uenit: & circa noctis principium summā
 trāquillitatē maris & prosperum uentum nactus di
 cearchiam alio mox transiturus applicuit, ibi Deme
 trium cōperit: qui cæteris philosophis audatior: Non
 pcul Roma degebat. Nouerat autem Apollonius ip
 sum a tyranno expulsū illic morari iocans tamē: ut
 plerūque solebat. Ego te inquit delitijs indulgentē de

prehendi in Italia foelici: uel ut uerius dicam beatissima de gentem: ubi quondam Vlyxem ferūt cum Calipsonē deuersatum fumi, & Itacensis domus oblitū esse. Complexus autem illum Demetrius, & medius critter incusans, o, Dei, inquit quantum damni philosophia patietur in hoc uno uiro periclitans. Tunc Apollonius: quid est, inquit in quo periclititer? Nihil inquit Demetrius: quam id: quod tu ipse, optime sciens aduenis: si enim mentem tuam ignoro: nec mei ipsius cognosco, colloquamur autem non hoc in loco: sed eo secedamus: ubi soli futuri sumus. Accedat autem & Damis, quem tecum omne discrimē libenter subiturū agnosco. His dictis in antiquum Ciceronis suburbanū deuenere: Cumque sub platano consedissent Cicadae diei hora concitatae circa ipsos cantabant: eas itaque respiciens Demetrius: o Beate inquit: ac uere sapientes uos eam: quam musae docuerunt cantatis cantiles nam iudicijs accusationibusue nondum obnoxiam: fecerunt autem uos musae nequaquam uentri subditas, et humanae inuidiae expertes. his arboribus insidetis: quas illae uobis incolendas dederunt: ubi foelices uestrā musarumque foelicitatem decantatis. Apollonius autem quamuis intelligebat, quorsum Demetrii uerba tenderent: leuiter tamē ipsum increpans: quod maioris ocij uerba uiderentur: quam presentis temporis ratio postularet. Cur inquit Cicadarum laudes enumerare uolens, non Palam aperterque illas profers: sed hic etiam formidare uideris, quasi lex publice lata sit, ne quis cicadas, etiam audeat laudare? Tum Demetrius non

SEPTIMVS.

laudationis causa hæc dixi: sed ut ostenderem: quoniam is licet sua scientia perfrui: nobis autem ne mutiare quidem concessum est, quæ sentimus: sed ueluti crimen sapientia nobis obijcitur. Et meliti quidem anytiq; accusatio Socratem culpabat: quod iuuentutem corrumpere, & uanos deos introduceret. Nostra uero accusatio talis quædam est: hic iniuriam fecit: quia uir est iustus ac sapiens: nouitque diuina & humana omnia: & omnium rerum leges intelligit: quâto autem tu sapientior nobis es: tãto maior erit te accusandi facultas. Cupit enim Domicianus affinem culpæ te arguere eorum ob quæ nerua eiusq; comites exularunt. Quid est autem, cur illi exularit inquit Apollonius? ob crimen ait Demetrius maximum omnium quæ in quemquã cadere possunt: ut illi uideatur qui eos pepulit. Dicit enim ipsos deprehensos esse contra regnum suum insidias machinantes. Te autem illis facinoris huius auctorem ac suasorem fuisse: quinetiã huius rei causa puerum abs te dissectum esse affirmat. Non igitur inquit Apollonius ab eunucho ablatũ iri imperium arbitratur? Minime uero Demetrius iquit: in hoc te accusat: quod puerũ castraueris: sed uaticinãdi causa mactatum: abs te puerum dicit: ut ex nouis estis futura melius dinosceres. Illud etiam crimen accusatio ni adijcitur quod nouo indumẽti genere, & uiuendi consuetudine utaris noua, & hæc tibi ab his etiam obijciuntur a quibus diligere coliq; te maxime putas: ut ex Telefino audiui nostrorum utriq; familiarissimo. O Mercuri inquit Apollonius utinam nũc Telefinũ

LIBER.

inueniamus: hunc enim philosophum te dicere arbitror: qui Neronis temporibus consulatum gessit. Hūc ipsum dico inquit Demetrius: quomodo autem ipsum es alloquutus. Solent enim tyranni suspectos habere omnes qui in dignitate sunt constituti: si cum his loquantur: qui in ea sunt causa in qua nunc tu es. Telesinus inquit Demetrius ex urbe nuper migravit propter preconis edictum: quod aduersus philosophiam omnem latum est exulare potius eligens tanquam philosophus: quam ueluti consularis remanere: Utinam inquit Apollonius talis uir mei causa periculum non subeat: satis enim pro ipsa philosophia periclitatur. Tu uero hoc mihi dicas. Velim Demetri quod facies discensue tibi uideor sedare posse timorem meum. Nō ludendo inquit ille: nec quæ timuisti perterrita abs te esse dicendo: sed si hæc terribiliora existimas fugiendo uitare ipsa debes: nec in fuga etiam de ipsis loqui. Tu autem fugeres ne o Demetri, si pro iisdem pro quibus ego nunc appellor periculum subiturus esses? per Palladem inquit Demetrius nō fugerem, si quis de iure mecum uellet certare: Cum autem is: qui summæ rerum presidet, etiam in dicta causa homines interficiat atq; excusationem si afferre uoluerim non sit auditurus: aut etiam quāuis audierit occidat, Tum ei etiā, qui nihil iniuste perpetraverit nequaquam fugæ parcendum arbitraret. Quin & tu mihi non concederes, tam ignauam & ut sic dicam, frigidam mortem eligere presertim, quæ philosophiæ præceptis aduersaretur. Philosophiæ namq; ut arbitror conueniens

mors est si ciuitatem suam in libertatem uendicans aliquis moriatur: aut parentes: filios agnatosue uel scens aut amicorum causa decertans quos agnatis & affinibus præferunt sapientes uiri. Sin uero quis alijs de causis: & iactantia gratia mortem quærat: & ut sapiens uideatur sese tyranno subiiciat multo dementiùs putari debet, quam si in rota circumferatur: sicut de Ixione fabulæ narrant. Tu autem defensionis hinc sumes opinor quod huc ueneris: Hoc enim apud hominem sane mentis iure proponeres: diceresque in primis te nunquam fuisse ausum huc accedere si quid deliquisses. Hoc autem Domiciano non probabis: sed quia archanam quandam et absconditam uim habeas, audacissimum te esse arbitrabitur. Cum enim diebus .x. ex quo te appellauit, non dū lapsis ad iudicium uenias: ignoras adhuc qua de cā uoceris rationem quādam accusationis præbere uideberis: quod delictorum tibi cōsciùs prænoscas: quibus de rebus accusari possis: & de puero interfecto, uulgata fama inualescet. Caue insuper ne ea quæ de factorū necessitate in ionia fuisse abs te disputata feruntur: nūc sup te ueniant: et uolētibus fatis graue quippiā in te moliri: tu nūc in ipsa coactus ruas non aduertens sapiētius semp existimatū esse talia præcauere. Quod si Neronis temporum nō es oblitus, quod mihi cōtigerit meminisse facile potes et me ad mortē subeundā illiberalem nō eē. Sed habebant ea tempora facilitatē quādam. Neronē enim cythara ab impatoria dignitate uidebatur excludere: in ceteris uero non ad modum incōposite sese ha-

LIBER

bebat. Præbebat enim cythara plerumq; uelut induci
 as quasdam per quas a cædibus abstinebat. Id enim
 causæ fuit quod me non interfecerit cū iam pene gla
 dium contra me nudasset, ob tuos meosque sermones
 quos de balneis habui. Mibi enim parcēdi causa fuit,
 eo tempore sibi restituta uocis claritas: ex qua ut opi
 nabatur: suauissimas melodias ediderat: nunc autem
 qua: suauitate uocis quæue cythara hunc hominē pla
 cabimus? Muta enim apud hominem. Et ociosa sunt
 omnia: neque hic a seipso nec ab alio demulcetur, Et
 quāuis lyram collaudans pindarus dicat: quæ martis
 etiā furorē placas: etiā a bellis reuocas. Is tamen
 cum musica certamina instituerit, Et uictores corona
 ri publice iusserit, tamen eorum quosdam interfecit:
 quos aiunt suauissime Et tibi, Et uoce cecinisse. Vi
 ris præterea quos tecum ducis est consulendum, per
 des enim omnes: quod uel nimium audax esse uidebe
 ris, uel ea dices quæ persuadere minime poteris. Salus
 autē ante pedes tibi posita est. Nauium enim quas hic
 in portu plurimas esse uides: aliæ quidem in lybiam:
 aliæ in ægyptum, aliæ in phœniciam, aut cyprū sunt
 nauigaturæ, quædam sardis usq; uel ultra: sardes etiā
 am sunt profecturæ: harum igitur quancūq; liberit
 conscendens ad quascunq; uolueris gentes defereris.
 Tyrannides autem præclaris uiris molestiæ minus af
 ferunt ubi eos non in aperto uiuere senserint. Hac ora
 tione demetrii superatus Damis tu quidem inquit cū
 huic uiro sis alioquin amiciissimus: nunc certe magnū
 illi bonum uideris afferre: de me enī parua oratio hæ

beretur, si consulerem, ne gladijs iam nudatis incurres-
 ret: neue tyrannidi subiceret: qua nulla senior, nulla
 immanior eē putatur: huius enim itineris, nisi simul
 adesse contigisset ignarus eram: nam ego citius quam
 aliorum quispiam eum sequor: quod si quis me inter-
 roget quo nauigem aut cuius rei causa ridiculus pla-
 ne uidebor: ꝓ siculum pelagus, & sirenum tirenos
 dimensus: cur id fecerim adhuc ignorem: ꝓ si spon-
 te mea periculum subirem poteram saltem causam in-
 terrogantibus dicere: Quoniam Apollonius mortem
 affectat: ego autē eius amator simul nauigo. sed quia
 tunc ut dixi nihil sciui, meum officium est nunc, quæ
 scio non reticere. Dicam autem non mea: sed huius ho-
 minis causa: ego si mortem oppetam, non magnam in-
 me iacturam faciet philosophia, cum sim quasi stre-
 nui cuiusdam militis famulus rationem: afferre potēs
 cur hunc sequar. Sin autem hunc aliquis ceciderit: qđ
 quidem est tyranno facillimū tropheum, ut mihi uis-
 detur de philosophia ponere poterit, quæ optimū phi-
 losophorū omniū amiserit. Multi autem contra nos
 anyti melitiq; insurgent, et accusationes hinc atq; ad-
 uersus Apollonij familiares ingerent alia quidem, ꝓ
 is tyrannidem riserit: illa uero ꝓ aduersus eandē lo-
 quentem confirmauerit: alia rursus: ꝓ dicenti aures
 prebuerit aut ꝓ audita laudauerit. Ego autē pro phi-
 losophia moriendum itidem arbitror sicut pro tēplis,
 pro muris, & pro maiorum sepulchris. Nam pro ta-
 lium salute multi et preclari uiri mortem oppetierūt.
 Philosophiæ uero prodēdæ causa: nec ego mori uellē:

nec Apollonium: nec eorū quēq̄ qui Apolloniū amāt. Post hæc apollonius Damidi inquit pro præsentibus rebus caute differenti ignoscere oportet: Nam cum sit genere assyrius & medis finitimus. ubi tyrannides maximis coluntur honoribus: nihil magnum de libertate sentire potest. Tu autem demetri: quo pacto apud philosophiam excusari possis nescio: qui timorem tantum pro his rebus ostendis: quarum si qua uere timenda appareret: te magis decuit a timore illum reuocare: q̄ talia metuere uideretur. Nec oportuit ullo modo timorem incutere illi: quem pro his quæ uere timenda non sunt timere sensisses. Vir enim sapiens pro his quæ enumerasti morietur. Nam pro libertate: mori leges iubent: pro agnatis uero & amicis ac pro his omnino: quos amaueris idem esse faciendum natura ipsa prefiniunt. Legi autem naturaq; omnes homines seruiunt: naturæ quidem sponte: legi autem quandoq; etiam: inuiti. Sapientes autem magis decet pro his mori in quibus sese exercuerunt: quæ enim nulla iubente lege: nec impellente natura: ipsi fortitudine quadam animi eligere ausi sunt: pro his si quis ea soluere tentauerit mori non recusabunt: q̄ si ignis adsit: & accedat securis: ut eam quam dixi fortitudinem uincat: nihil profecto timebit sapiens: nec ad aliquod dicendum mendacium compelletur: & in his omnibus quæ didicit constans nihil minus permanebit q̄ in sacris quibus est iniciatus. Ego autem plura q̄ cæteri homines cognosco: utpote: qui sciam omnia. Scio autem quæ scio partim studiosis hominibus: partim sapienti

bus: partim mihi ipsi, partim etiã dijs immortalibus: tyrannis autem scio nihil. Quod autem non pro de-
 mentibus huc uenio. ex hoc facile intelligi potest; quã pro capite meo sum dicturus: in periculo autem nullo sum: nec a tyrannide interfici possum, etiam si hoc ipse uellem: Intelligo autem in hominibus me periclitari: quorum siue principium, siue additamentum me facit tyrãnus ero quicquid ipse uoluerit. Sin autem hos perdidero: aut mollius: aut negligẽtius eorum causam agendo: qualis nam studiosis uiris esse uidebor? aut quod non iuste interficiet: qui uiros deluserim: quibus ut a dijs petij prepositus sum. Quoniam autem fugere mihi non licebat, quin prodicionis crimen subirem iam ostendam. Tyrannorum consuetudines due sunt: aut enim iudicta causa homines occidunt: aut iudicio antea suppositos ac dãnatos. sunt autem similes hi qui dem calidis promptisq; belluis. illi uero mollioribus & ignauioribus: quod autem utriq; molesti sint. omnibus patet. licet autem exempla summere, eius quidem qui furore quodam iudictaq; causa occidebat, Nero: alterius autem Tiberium interfecit enim his quidem eos: qui nihil tale metuebant. ille autem eos qui iãdudum id timuerunt: ego autem deteriores illos existimo: qui iudiciũ fingentes secũdũ leges decernere aliquid simulãt. cũ secũdũ leges nihil faciãt. Decernũt enim perinde atq; ij. q. iudicij obseruatiõẽ nõ utuntur noie legis abutentes in ijs: q. per iracũdiã agẽtes de alii cuius morte sententiã ferunt: nã sic interficiendo miseris illis hoc pacto damnatis, multitudinis miam au-

LIBER

ferunt: quam uelut exequias prabere decet his qui in
 iuste fuerint interempti. huius itaq; tyrannidis iudic
 ciariam quandam formam uidere uideor: quæ tamen
 ad iniudicatum terminatur: Nam de quibus antequã
 iudiciũ fiat constituit quid sit agendum, eos tanq̃ nõ
 iudicatos iudicio subicit: & qui tali iudicio damna
 tus fuerit manifeste patet ab homine non secundũ le
 ges iudicãte damnatũ esse: qui autem iudicium refu
 gerit: quonam pacto euitabit infamiã, quin sese ipse
 met damnauerit. Cum itaq; uiri tales contra me nũc
 positi sint: si contentionem mihi aduersus eos instan
 tem aufugiam: quæ terra me crimine purum iudicas
 bit? supponatur enim ea quæ dixisti recte uereq; fuis
 se dicta, me uero tanq̃ uere dictis parere. Hos aut̃ quos
 tueri debeo supponatur interfici. Quas ego cum sim
 talis pro secunda nauigatione preces faciã: quo me cõ
 feram? Aut ad quem pergere exoptabo? essent enim ut
 opinor: omnia loca: ubi Romani dominãtur euitãda:
 ueniendũq; ad uiros cum mihi amicos, tum non palã,
 et in aperto degentes: qualis aut̃ faraotes esset: aut Ba
 biloniæ rex: aut diuinus Tarchas: Aut generosus Thef
 pion: & si ad athiopes diuertendum, mihi statuerim:
 quidnam uir optime Thespion dicendũ erit: siue em̃
 quæ egissem occulerem, mendaciorum amator uel ser
 uus potius esse uidebor: sin uero hæc patefacere cõstis
 tuerem tali opinor oratione utendũ erit. Me quidem
 o thespion eufrates apud uos calũniatus est crimina
 obijciens: quorum mihi nequaq̃ conscius eram dicebat
 enim me iactatorem esse: ut portetosa quædam loquẽ

tem, indorum præterea sapientiæ uiolatorem. Ego au-
 tem reuera nihil horum sum: proditor autē amicorū
 et ingulator, et perfidus. & alia quædam huiusmodi
 me esse fateor adeo, ut si quis pro talibus uirtutibus
 coronari mereatur: ego me illū esse profitear: quoniā
 maximas eorū quæ Romæ sunt familias ita perdidī,
 ut illic degere amplius ex ipsis nemo possit, q̄ si hæc
 me dicentē audires Demetri, erubesceres p̄fecto, iam
 enim hoc ita sentio, quasi ea quæ oculis cernuntur.
 Quid autē si faraotem & me ad uirum talem in in-
 diam fugientem ante oculos tibi ponas animaduerte
 re iam nūc potes, quomodo ipsum intueri possem, aut
 quam causam fugæ pretextere? nonne tibi preclarū ui-
 deretur, si dicerem probum iustūq; antea me ad eos ue-
 nisse, & animā pro amicis ponere paratū. postq̄ uero
 fuerim secū uersatus uiro omniū qui ubiq; sint diuinis-
 simo haud quāq; eo animo, eaq; esse uolūtate. Iarchas
 autem ex me ueniente nihil quereret: sed uelut eolus
 Vlixem: quādoq; prospere nauigationis munere abutē-
 tem ignominiose iussit ex insula discedere: sic ille co-
 mitesq; e sacro tumulo me depellerent: iniquū dicen-
 tes premiū pro accepto poculo me referre, uolunt. no-
 nt quicūq; ex illo bibunt, periculorū cum amicis par-
 ticipes sint. Et quoniam scio q̄ sis in sermonibus uehe-
 mens et acutus. O Demetri posses has meas rationes
 facile confutans dicere, ut ad eos accederem cum qui-
 bus uersatus antea non essem: sic enim forsitan bene
 mihi succedere fugā arbitrareris: q̄ tuto possem apud
 eiusmodi homines degere: itaq; rationem hāc quid ha-

LIBER

beat ueritatis perscrutemur: mihi enim de illa sic uide-
 detur. Ego uirum sapiētem cenſeo, nihil priuatim ſui
 cauſa facturum: neq; arbitratum quicquam occulte
 fieri poſſe: ut ipſe ſaltem ſibi non adſit: & ſiue Apol-
 linis Pythij præceptum id fuerit, ſiue ſapientis homi-
 nis cuiuſdam ſeiſum probe cognoſcentis: & ob hoc
 ſentētiā hanc de omnibus in communi proferēdis,
 ſiue alio quocunq; modo ſe res habeat mihi ſapientis
 eſſe uidetur ſeiſum noſcere: & ſuiꝑſius mentem ha-
 bere præſidē neq; terrefieri ab his: quæ pleriq; timēt:
 neq; ruruſus audere quicq; aggredi eorū quæ ceteri ru-
 bore quodam uerecundiæq; attentant. Qui enim ty-
 rannis inferuiunt, ſibi etiam amiciffimos prodere co-
 nantur, timentes ea quæ uere timenda non ſunt: quæ
 uero timere oporteret nō metuentes, talia uero ut fi-
 ant non concedit ſapientia, quæ præter Pythium epi-
 gramma euripidis quoq; ſententia laudat, putātis cō-
 ſcientiam eſſe, quæ homines puniat: cum ſe male ope-
 ratos fuiſſe recogitant, eadem quoq; furiarum poenas
 appoſuit horeſti: quando aduerſus matrem inſaniit.
 Mens enim agendarum rerum domina eſt: conſciētia
 uero quæ menti uidentur, quapropter, ſi mens opera
 bona eligit faciēda conſciētia uirum mittit ad om-
 nia ſacra per omnes uias: per omnia deorum templa:
 ad omnes hominum ſpecies: & plaudens canenſq; ip-
 ſum ubiq; laudat, dormiēti quoq; eidem aſſiſtens præ-
 clarum chorū e ſomniorum domo illi circūponit: ſi
 ad aliqua delicta ſeditioſa mens prolabitur, non finit
 conſciētia talem hominem rectis oculis quēq; aſpice-

SEPTIMVS.

re, nec expedite uerba proferre, a sacris quoq; & precibus uotisq; eundem arcet: neq; manus ad simulachra deorum attollere sinit, et attollentem increpat ac reijcit sicuti leges cōtra rebelles fieri iubent: ab omni etiā hominum cetu eundem exterminat, & dormientes terrefacit, & quecūq; per diem fecerint ea tanq̄ imagines audire aut dicere arbitrantur, & ea omnia similia somnijs uanaq; conscientia efficit. Debiles autē uisiones & fantasticos terrores probabiles & uere timendos ostendit: Hoc itaq; pacto conscientia me redarguet, siue ad eos qui me agnoscunt accesserim: q̄ enim talia agens, uirorū proditor sim manifeste me arbitror et ostendisse, et ipsa ueritas aperte demonstrat: quin etiā me ipsius proditor nō ero pugnaboq; aduersus tyrannū, generosi homeri carmen decantās. Bellator iupiter. Hac oratione adeo se cōmotum scribit Damis ut animi prōptitudinem, audaciāq; receperit. Demetrius quoq; non āplius aduersatus ē Apollonio, sed illius dictis consentiēs quasi diuinitus datā laudabat eius opinionem, q̄ pro talibus uiris auderet periclitari, philosophiā itidem collaudans. quæ sibi talem audaciam prestabat. Deinde ipsos precedēs domū suam ducere uoluit uerū id recusauit Apollonius meridiem iam instare dicēs, uelle autē se prima nocte Romanorū portū intrare sicut naues facere cōsueuerunt: alias uero cōcenabimus inqt ubi melius sese habebūt res meæ: nunc n. uererer nequa aduersus te institueretur accusatio: q̄ cū regis inimico cenauisses. neq; uero nobiscū ad portum descendere te uolo: ne quis mecū sermones

aut arcana consilia communicasse criminetur. Eius
 uerbis assensus Demetrius abeuntes complexus dimis-
 sit: crebroq; ad eos respiciens lachrymabat. Apollonio
 us autem ad Damidem conuersus, si animo uales ingit
 & sicut ego audacia abundas, ambo nauem ingredia-
 mur, sin uero propter timorem animo deficis tempus
 adhuc superest hoc loco manendi: commodissime nan-
 q; apud Demetrium utriq; nostrum amicissimū uer-
 sari poteris: Ad hæc respondens Damis: quid inquit
 apud hunc discere potero? Si hodie tibi de periculis
 pro amicis toleratione differēti cum interfuerint: ta-
 men solum te relinquam, & immunis a periculis esse
 uelim: cum hæctenus nunq̄ timidus erga te uisus fue-
 rim. Preclare dicis inquit Apollonius propterea per-
 gemus, ego quidem eodem quo sum habitu, te autem
 habitum magis popularem assumere oportet, ut neq;
 comam habeas tam prolixā et hoc Tribonion lintea
 ueste permutes. Calceamēta insuper quæ nunc habes,
 dimittere opus est. Quid autem hæc permutatio con-
 ferat ostendam: Nolo enim te deprehensum mecū in
 eodem esse discrimine, si enim uestitum mecum coma
 municares fore ut comprehendaris quāprimum. Ego
 autem cupio, ut non tanquā philosophus: sed tanquā
 amicus et familiaris me sequi uidearis. His uerbis per-
 suasus Damis pythagoreum habitum permutauit: nō
 quidem ob timorem aut poenitentiam ullam: et Apol-
 lonij caliditatem laudauit, quam temporis causa exer-
 cere necesse fuit. Post hæc dicearchia soluentes, cum
 iam triduo nauigassent, hostia tyberina intrauerūt:

SEPTIMVS.

unde facili Romam usque nauigatio est. Forte per id
 tēporis regium gladium tenebat Helianus uir iamdu
 dum Apollonii amator: cum quo in Aegypto fuerat
 quandoque locutus: is aperte nihil pro Apollonio Do
 micianum rogauit: neq; enim eius: quem gerebat ma
 gistratus ratio permittebat: quo nam enim pacto ui
 rum regis inimicum apud eundem laudare ausus eēt:
 aut quomodo uelut amicum excusare: omnibus tamē
 artibus quæ clanculum prodesse cuique possunt pro
 Apollonio usus est: nam cum suum ante aduētum gra
 uiter a calumniatoribus accusaretur Apollonius, O
 rex inquit quam pleni sermonum inanium sunt so
 phistæ: quantaque est in eorum arte iactātia: qui quo
 niam in uita, nullius boni compotes sunt, mortem ap
 petunt: nec ipsam sponte sua uenientem expectare sus
 stinent: sed eam ui quadam ad se trahunt eos laceffen
 do: qui gladios in manibus habent: hoc ipsum ut arbī
 tror. Nero cum animaduertisset Apollonium interfis
 cere noluit: ubi enim mortem affectare alium sensit:
 non ueniæ gratia mortem remisit: Sed illum despiciēs
 non est dignatus occidere. Musonium quoq; tyrrenes
 um: multis in rebus imperio suo aduersatum in insu
 la relegauit nomine tyara, adeoq; sophistas huiusmo
 di amant græci: ut tunc quidem propter eius colloquē
 um habendum, omnes eo nauigarent, nunc autem for
 tis, quem fecit uisendi causa, eodem omnes accedebāt.
 Nam in insula aquis carente Musonius fontem inue
 nit: quem græci nunc laudibus efferunt non minus eo

LIBER.

quem in Helicone ab equo iuentum fabulantur. Hæc itaq; regi ante aduentum Apollonii narrauit Helianus. Cum autem deuenisset callidius & artificiosius eundem liberare conatus est. Iussit enim comprehensum hominem ad se duci. Cumq; illum accusator grauius calumniaretur: eumq; incantatorem ac malis artibus imbutum assereret: iudicio inquit Helianus regio teipsum ac tua uerba seruato. Apollonius autē, si ego inquit incantator sum, quo modo ad iudicium ueni? Sin autem ueni ad iudicium quo modo incantator sum? nisi calūniatores tantas uires habere dixeris: ut ab incantatoribus etiam uinci non possint. Cum ad hæc insolentius aliquid dicere accusator pararet. Cōspiciens ip̄um Helianus, mihi inquit concede, quod ante iudicium tempus datur. Ego enim sophistæ mentē seorsum tentabo: quod si iniuste quippiam fecisse confitebitur auferentur orationes forenses, & tu iudiciariæ causæ uictor abibis: sin ille suæ defensionis causa obiectis criminibus contradicet, tūc regis de illo iudicium erit: post hæc in secretiorem quēdam locum secedens Helianus ubi de causis grauioribus iudicia exercebantur. Discedite omnes inquit: nemoq; intersit: sic enim regi uisum ē. Postea uero quam ambo soli relictī sunt. Ego inquit Apolloni admodum adhuc adulescens eram: quādo imperatoris pater in Aegyptum uenit deis sacrificaturus: tecumq; de suis maximis rebus consulturus, & tunc tribunitia dignitate apud regem fungebatur: eramque iam tum rei militaris peri-

SEPTIMVS.

tus: tu uero me tanta familiaritate complexus es: ut dum rex ciuitatibus iura diceret: tu mihi seorsum: et quis nam essem, & quo uocarer nomine: & quo patre natus essem referres: quin etiam hunc ipsum quem nunc gero magistratum: mihi prædixisti: qui multis quidem esse maximus, summumq; humanorum bonorum esse uideatur. Ego autem maximam molestiam & præcipuum infortunium esse iudico. Sum enim difficilis tyrannidis custos, attamē si eam fefellerim deos timeo: quod autem beniuolentia tibi sum affectus iam ostendi: nam q̄ amare te nunq̄ destiti ex quo primum, ut dixi te cognoui, nec unq̄ desinā: quo ad eius temporis meminero: nunc dicere non attinet: sed cum te nūc ab his criminibus: quæ falso tibi accusator obijcit liberare cupiam: p̄pterea tecum secreto colloquē institui: ut auderes meis omnibus rebus fidenter uti: præscire etiam qualis in te eēt regis animus: qd enim de te iudicaturus sit nescio. Est autem ita dispositus: ut contra te ferre sentētiā cupiat, uereatur autem, ne falsis de causis id fecisse uideatur. Et primo qd homines consulares, a se alienandi causa fueris criminatus. Vult enim quæ faciendā minime sunt: ea secundum iusticiæ numeros fecisse uideri: neq; uero oportet beniuolentiam & animi mei effectum erga te manifestū fieri, si enim remissius aliquid me sentire de te suspicaretur, quis nostrum citius esset periturus nescio. Ad hæc Apollonius, quoniam aperte inquit inter nos loqui possumus, & quæcūq; babes in animo protulisti: mihi quoq; itidem facere iustū arbitror. Cōmuniō

LIBER

casti namq; mecum de rebus tuis: perinde atq; hi: qui diuissime uersati mecum sunt. & per Iouē ita amice eras erga me dispositus: ut etiā pericula simul subire uideam te paratum, p̄pterea, ego quoq; mentē meam, consiliumq; omne tibi adaperiam. Mibi quidem a uobis fugere in diuersas terrarum partes licuit: quarum nec nomina quidem audita nobis sunt: uenissimiq; ad uiros sapiētes: & me ipso sapientiores: q̄ recta ratione deos colūt: eosq; ob id ipsum propitios magis habent. q̄ ij: qui istis in locis uersantur: apud eos autē nulla est delatio: nulla accusatio: & cū iniuriam alijs non inferant, nec ab alijs iniuriam patiantur: nullis oīno iudicijs indigent. Veritus autē ne p̄ditor esse uiderer, si excusatione a me neglecta p̄dantur ij: q̄ propter me in iudicium sunt adducti: huc accessi excusatiōem in iudicio factururus: de q̄bus autem excusationem fieri oporteat audire ex te cupio. Tūc Helianus, accusatiōis inquit capita multa sunt: atq; diuersa: Nā & uestiendi formā: & alios uiuendi mores calūniantur: querētes quid nā sit, cur tanta ueneratione dignū te iudices obijciunt etiā illud: qđ Epheſi de peste responsum dedisti: multa quoq; aduersus regem, cū secreto: tum Palam, quaedam etiā tanq̄ accepta diseruisse te criminātur. Aliud præterea obijciunt crimen quod mihi quidem omnium maxime est incredibile: qui sciam ne in sacris q̄dem ut effundatur uictimarum sanguis te sustinere: regi autem uehementer credibile est. Dicunt enim te cum Nerua simul in agrum exeuntem mactatum archadē puerum in frustra cōcidisse atq; in regis

SEPTIMVS.

139
 pernitię sacrificasse, atq; hoc sacrificio Nervā ad opi-
 nionē regni extulisse, eaq; noctu a uobis fuisse ppetra-
 ta desinēte iam mēse: hoc aut crine: quoniam maximū
 est aliud nullum maiore defensione idigere censemus:
 nā q; nouo utaris habitu: & q; pnoscendi sciam habe-
 as: & reliqua tibi obiecta crina oīa huc tendunt: &
 illa qdem: atq; oēm quæ ad hæc sequitur iusticiam cō-
 donari tibi dicunt: Opus est igitur ad hæc confutāda
 crina excusationē parare. Ad hæc Apollonius primū
 inquit q; supbus non sum argumētum est, quia excusa-
 tionem facturus adueni: q; si audaciam aliquā actiōes
 meæ pretendere uidentur quasi supra tyrānides extol-
 lere me uolentis, id ipsum ex hoc diluitur: Qui me ti-
 bilisubieci: cum sis uir bonus & amator mei: nā inimi-
 co prauum uideri nihil habet molestiæ, inimici nāq;
 oderunt non ob ea: quæ cæteri palam accusant: sed ob
 ea in quibus priuatim se lesos arbitrantur: ab amico
 autem accusari tanquā prauū multo molestius est: q̄
 omnia quæ ab inimico accidere possunt: neq; enim fie-
 ri potest: quia ipsis odiosus sit: ppterea q; prauus esse
 iudicetur. Visus est Heliano recte dicere Apollonius:
 eūq; bono animo esse iubens: hęc de ipso cœpit opinio-
 nem: ut nullomodo terrefieri uir ille posset: etiam si
 Gorgonis caput contra eum eleuaretur. Conuocās igi-
 tur uiros ad hoc negotium præparatos, iubeo inquit
 hunc uinctum in carcere detineri, quo ad Rex aduenis-
 se illum certior fiat: atq; ex eo audiat quecunq; mihi
 ab eodem dicta sunt: & hæc dicēs ualde se iratum ad-
 uersus ipsum ostendebat: Deinde in regiam ueniēs He-

LIBER.

lianus: quæ sui erant officij ministrabat. Hoc loco Da-
 mis casum quædam contigisse memorat: partim simi-
 lem: partim dissimilem, illi: qui athenis Aristidi quæ-
 doq; contigit. Cum enim ob uirtutem urbe pulsus eēt
 Aristides: & abiens muros iam esset egressus, rusti-
 cus quidam illi occurrens, petijt: ut aliquam sententi-
 am sibi scriberet: qua aduersus Aristidem uteretur: cū
 ipse neque hominem nouisset: nec accusationem om-
 nino ullam: sed solum inuidia tangeretur: quod ualde
 iustum esse illum audierat. Quod autem Apollonio
 contigit hoc fuit. Centurio qui Apollonium optime
 cognoscebat: cum nominatim ipsum salutasset cuius
 rei causa in hoc discrimen adductus esset interroga-
 uit, nescire autem se respondente Apollonio: At ego
 inquit ille optime scio: accusaris enim quia ab homi-
 nibus tanquam deus uenerari expetis: & quis inquit
 Apollonius tantopere unquam ueneratus est? ego ipse
 inquit Centurio cum adhuc puer essem Ephesi, quan-
 do nos a peste liberaſti. Recte inquit Apollonius &
 tu fecisti, & Ephesi ciuitas tanto malo liberata.
 Idcirco inquit ille, defensionem pro te parauit: quæ te
 iudicio liberabit. Nam si huc extra muros eamus: ego
 ceruicem ense amputabo, & ensem dimittā: unde uir
 diuinus putaberis, & pro ueris criminibus in iudici-
 um uocatus & in hoc multo rusticior fuit is: quā qui
 Aristidem expellere uolebat: hæc autem ridens, &
 Apollonium deludens dicebat. Ille uero non audien-
 ti similis, cum Damide loquebatur de insula: quā Del-
 ta appellant: ubi in his bifariam scinditur. Postquā

SEPTIMVS

hæc Helianus liberio rem carcerem incolēdi facultatē Apollonio prestitit: quo ad ocium esset regi illum audiendi, Satuerat enim rex secreto prius aliqua secum loqui. Discedens igitur de pratorio Apollonius & in carcerem uadens, disputemus inquit o Damis cum his hominibus qui nobiscum hic inclusi sunt: Quid enim aliud agere possumus: donec tyrānus quæ petit mecū loquatur. Garulos inquit Damis & loquaces nos existimabunt: si eos a defensionis suæ meditatione dimoueamus. Absurdum præterea uidetur inter mæstos uiros deambulare. Immo uero inquit Apollonius, ij maxime colloquentibus & consolatoribus indigent: si homeri carminum meministi: qui dicit. Helenam egyptia medicamenta in cratere miscuisse: ut animæ dolorem dilueret: quod ego nihil aliud significare puto, quam Helenam cum sermones egyptios didicisset eos mæstis hominibus narrare solitam esse, eosq; in cratere ponere, id est sermones pariter & uinū pro leuanda egritudine solitā adhibere. Verisimile hoc ē inquit Damis siquidem ipsa i egyptum ueniēs Protheo locuta ē: uel sicut Homero placet cū Thōnis Polydamide uersata est: nunc autē, in aliud tempus hi sermones differantur: opus est enim mihi aliqd te prius iterrogare. Scio inquit Apollonius qd me sis iterrogaturus: scire eī cupis qd cū heliano locutus fueri, et quæ ab illo rursus audierim et utrū crudelis erga nos an mitis uisus sit. Hæc sūt quæ audire cupis: deīde oīa ut sese hūerint enarrauit. Gaius inquit Damis nō incredibile mihi nunc uidetur inquit, Leucotheam qñq; uittam v lysi

LIBER.

dedisse post nauim alligatam: ex qua dependens pro-
 prijs manibus mare metiebatur: nobis enim terribili-
 bus quibusdam & horrendis difficultatibus implici-
 tis deorum aliquis manum porrexit: ne penitus omni-
 um salute destitueremur. Hæc eius dicta increpans
 Apollonius quorsum inquit hæc tua uerba tendunt?
 aut quid talia metuis? neq; adhuc agnoscis quod sapiē-
 tia cuncta stupefacit: quæ ipsam intelligūt: ipsa uero
 a nullo stupefit. Verum enim uero inquit Damis: nos
 ad hominem uenimus omni prudentia uacui: & qui
 non solum ppter nos non obstupescat: sed nihil esse
 putet omnino quod stupefacere ipsum possit. A gno-
 scis igitur inquit Apollonius o, Damis illum superbia
 furere dementēq; esse. Intellico inquit ille: quid enī
 prohibet. Tibi igitur Apollonius omnia tyrāni dicta
 factaq; contemranda sunt: atq; eo magis quo melius
 ipsum agnoscis. Dum talia secum loquerentur quidā
 cylix: ut ex habitu appebat ad eos ueniens: ego inquit
 o, uiri ppter diuitias in uitæ discrimen adductus sum
 & iure forsitam inquit Apollonius. Si enim ex nefa-
 rijs operibus diuitias cōparasti: uelut latrocinij: aut
 ueneficij homines interficiendo: aut effodiendo re-
 gum sepulchra: ubi magni thesauri plerunq; condun-
 tur, consentaneum est te non solum in iudicium uo-
 cari: sed maximis affectum supplicij interfici. His
 enim modis diuitiæ quidem parantur: sed scelestæ ne-
 fandæque putari debent. Sin uero ex hereditatibus:
 aut liberali mercatura & non fœneraturæ ditatus
 es, quis est adeo peruersus: ut sub legum prætextu co-

SEPTIMVS.

netur ea tibi auferre: quæ secundum leges acquisisti.
 Tūc ille eorū inquit quæ habeo maxima pars ab agna-
 tis mihi relicta in domum peruenit, utor autem diui-
 tijs non tanq̄ alienis cum meæ sint, nec rursus: ut om-
 nino meis, nam bonis uiris libenter eas communico.
 Accusant autem me calumniatores q̄ non tyrannidis
 bono diuitias possideam: cum mihi sint adiūctō res
 nouas aduersus tyrannum molienti, adduntq; nō mi-
 hi solum; uerum etiam alijs: quos huius facinoris soci-
 os ascuerim opes meas facultatem suppeditare. Com-
 paratæ autem iam quædam aduersus nos accusatio-
 nes & primo quidem q̄ omnes diuitiæ, si mediocritas
 tem excedant contumeliam pariunt. & ceruicem sus-
 pra multos eleuare faciunt, & animos erigunt, nec
 obtemperare legibus patiuntur, & magistratus qui
 ad gubernandas prouincias accedunt in caput diuitū
 prouocant: cum pecunijs maxime in seruiant: & se ab
 eiusmodi diuitibus propter diuitiarum magnitudi-
 nem contemni arbitrantur. Ego enim cū adhuc essem
 adolescens, anteq̄ talentorum centum diuitias possi-
 derem: omnia pro ridiculis habebam: parumq; p̄ his:
 quæ tunc aderant metuebam. Postq̄ uero talenta quæ-
 quaginta uno die ex patruī morte mihi peruenērunt:
 ita mentem immutauī: quantum equorum domitores
 illos immutant, ex feris ac rudibus ad mansuetiores
 mores traducentes. Cumq; diuitiæ quottidie augetes-
 rent, multaq; a terra mariq; mihi afferretur, propter
 timorem factus sum diuitiarum seruus. ut magnas pe-
 cunias pro custodiendis diuitijs erogarem: partim ca-

LIBER

lumniatoribus tribuendo, quos talibus officijs lenire opus erat. partim magistratus gerentibus impartiendo, ut cōtra insidiatores munitus essem, partim agnatis affinibusq; largiendo ne mihi diuitias inuiderēt, quinetiam seruis nōnullis donabam, ne deteriores fierent, si negligi se penitus animaduernerēt. Pascebam etiam greges amicorum preclaros qui imminētia pericula preuidentes, partim illis occurrebant; partim mihi prenūciabant: attamen cum hoc modo diuitias circumualassem easq; tam tutis mœnibus sepiissem earum causa in hoc discrimen adductus sum: neq; satis adhuc exploratum nobis est, an incolumi corpore sumus euasuri. Ad hæc Apollonius confide inquit. Nam pro corpore fideiussores habes diuitias, illarum enim causa in carcere detineris: sed non ita multo post dimitteris, non solum his uinculis solutus & liber. uerum etiam labore ac sollicitudine: quæ te seruos ac calumniatores diuitiarum metu colere cogebat. Cum uero alius propterea se accusatum quereretur q̄ Tarenti: ubi dominabatur sacrificās publicis precibus non addiderat Domicianum Palladis filium esse. At em̄ inquit arbitraberis fortasse Palladem non peperisse: cum semper habita sit uirgo: ignorabas autem: ut opinor: deam ipsam draconem quandoq; Atheniensibus peperisse. Alius autem hac de causa in carcere tenebatur. habebat enim agellum in acarnania secus Acheloi fluminis hostia: ipse uero parua Scapha nauigans insulas, quæ Echinades appellantur circūuehebatur: et ex ijs unam contemplatus: quæ continenti dudum cō

SEPTIMVS.

iuncta fuerat. arboribus vitibusq; eam conseruit do-
 mumq; habitationi sufficientē in ea construxit, aquā
 ex continēti deducens: quā affatim insulā sufficeret,
 ex hoc itaq; accusatus est quasi non purus a furore es-
 set acarnan: q; scelestorum operum sibi conscius ex
 alia terra tanq; ab eo polluta secessisset: atq; idem fa-
 ceret: q; olim post interfectam matrem fecisset Alce-
 meon Amphiarai filius: qui etiam Acheloi hostia sibi
 delegit habitanda: & quanquam idem scelus non
 perpetrasset coniūci tamen facile posse, quādam non
 multum illi dissimilia ab eo commissa fuisse: ille au-
 tem nihil aliud quam ocij & quietis cupiditatem hu-
 ius secessus causam fuisse dicebat. & inuidiam solam
 esse opinabatur: quā accusationem contra se institu-
 isset, & tunc in carcere detineret. Cum plurimi eorū
 qui erant in carcere ad Apollonium ueniētes cas-
 lāmitates suas deplorarēt (erant autem in eo carcere
 ferme quinquaginta) & eorū aliqui egrotarent: alij
 merore prosternati iacerent, alij mortē expectare que-
 rerentur: quidam paruos filios: aut parentes: aut uxo-
 res ululando deflerent: O Damis inquit Apollonius,
 uidentur mihi homines isti medicamēto indigere: cui-
 us antea meminimus: siue igitur Egyptium id sit, siue
 ubiq; terrarum nascatur sapiētia, ex hortis suis ad id
 componendum radices euellentes tentemus eius saltē
 particulam his miseris prebere: maxime nanq; uiden-
 tur indigere. Eis itaq; in unum conuocatis Apolloni-
 us O uiri inquit huius habitaculi mecum participes:
 ego ualde misereor uestri q; a nobismetipsis pereatis

LIBER

nondum scientes, an uos ipsa accusatio perditura sit: nam apparet prius uos a uobis interfici: q̄ ab eo q̄ uos morte condemnaturus est ut putatis, neque uero audere ubi timetis: aut timere ubi audetis, rationi cōsentaneum arbitror. Sed Archilochi parij sententiæ uos iubeo meminisse: qui tolerātiā in rebus aduersis patientiam nuncupans deorum quoddam inuentum esse dicit, ad huiusmodi mala perferenda, ceu gubernatoris artem per quam incumbente tempestate uenientium fluctuum impetus recipit. Nec existimetis: hæc mala esse, ad quæ uos quidem inuiti: ego autem uolēs accessi: Si enim causas conferre uoluerimus, magis lugenda est dies illa: qua ratiocinatio ad iniusta crudeliaq; facinora impellēs uos fefellit. Sin uero: tu Ache loi insulam, nō ob eas causas: quas accusator affert coluisse te dicis: tu uero diuitias tuas nunq̄ insidias Regi tetendisse affirmabis: neq; tu cōsulto fecisse dicēs: ut principi auferres, quin Palladis filius haberetur. Et omnes omnino falsa esse dicetis crimina, pro quibus in hoc discrimen adducti estis. Petam a uobis quid pro rebus non ueris tanti gemitus sibi uelint. Quāto enim uobis propinquissimos magis acclamatis tanto uos oportet esse robustiores: membra nanq; huius patientiæ sunt hæc: aut enim hic detineri & in carcere uiuere molestum extimatis: aut principium eorum: quæ uos passuros arbitramini: aut hanc poenam grauem putatis: etiam si nihil ultra patiamini. Verum ego qui rerum humanarum naturam agnosco rationem uos docebo medicorum cibarijs dissimilem: nam

163

SEPTIMVS.

☉ corpori uires addet: ☉ mori non sinet. Nos homi-
 nes in carcere sumus omni tempore: quod nos uitam
 appellamus: ipsa enim anima corruptibili corpori al-
 ligata multa quidem perfert. omnibus autem struit:
 quæcunq; in homines cadunt. Et qui primi domos in-
 uenerunt: non animaduertisse uidentur: q̄ alio carce-
 re se ipsos circundarent. Nam quicūq; regias habitant
 ut in eis tuto degere possint, hos magis uinctos esse cē-
 semus: quam eos qui ab eisdem uinciuntur. Cumq; ur-
 bes ☉ earum mœnia in memoriam redigo: uidentur
 he mihi communes carceres esse: in quibus clausi deti-
 neantur Mercatores: Oratores: Spectatores. ☉ pom-
 parum ductores. Quinetiam Scythas: qui in curribus
 uitam degunt: nihil minus q̄ nos inclusos arbitror.
 Hister enim ☉ Thermodon atq; Thanais ipsos cir-
 cumsistunt flumina: haud quæq; facilia transitu: q̄uis
 in aperto habitent: ☉ super carros domus edificent:
 in quibus delitescentes feruntur. ☉ nisi puerilis ual-
 de ratio uideretur, dicerem oceanum quasi quoddam
 uinculum terræ circūiectum esse. Accedite Poetæ: ue-
 stra sunt enim quæ sum dicturus: atq; his merentibus
 decantate, Saturnum quoq; Iouis consilio fuisse liga-
 tum Martem etiam deorum omnium bellicosissimū
 in coelo quidē a Vulcano, in terra uero ab Aloidis uin-
 ctum fuisse: q̄ si præterea cogitabimus: q̄ multi sapiē-
 tes ac beati, aut ab insolentibus populis in carcerem
 detrusi fuerint: aut a crudelibus tyrannis contumelijs
 affecti: sic ista perferremus. ut nihil his inferiores ui-
 deamur: qui hæc non sunt perpeffi. His uerbis adeo im-

LIBER

mutauit eos qui erant in carcere: ut eorum pleriq; cibum caperent: & lachrymas fletusq; dimitteret, speraretq; presente Apollonio nihil mali perpeti se posse: postridie quoq; in eandem sententiam permulta locutus est. Submissus fuerat a Domiciano quidam sermonum auscultator: qui habitu quidem tristis demissusq; apparebat: & in magno ut aiebat periculo constitutus. lingua uero non admodum expedita utebatur: uerba decem octoue calumniatorum more connectens. Sed cum Apollonius fraudem percepisset ea narrabat: quæ sibi nunq̄ contigerat. Flumina enim et montes predicabat. tum uero feras & arbores: quarum ratione cæteri quidem delectabantur. Ille uero nihil perficiebat eorum quæ concupiuerat. Postq̄ ille ad oburgationes tyranni deducere tentauit Apollonium. o, amice inquit tu quicquid libet audacter dicito: neq; enim ego te calūniabor. Ego autē quicquid in Rege dignum accusatione indicauerim corā ipso proferā. Factum est aliud quoq; in carcere colloquiū: partim ab his qui secum utcunq; fors tulerat locuti sunt: sed quoniam de rebus non magnis memoria digni sermones fuere: idcirco silentio pretereundum putauit. Damis autem ut opinor: nihil eorum quæ dixerit: aut fecerit Apollonius pretermittere uolēs. omnia scripsit: ex quibus ego illa collegi. quæ digna memoratu iudicauit. Cum iam quinq; dies in carcere inclusus fuisset Apollonius, & forte iam noctis principium esset: quēdam græcæ linguæ peritus in carcerem ueniens, ubi iā Tyaneus eēt interrogauit, seorsum deinde ab alijs uo-

SEPTIMVS.

cato, cras inquit tecum loqui Rex instituit. hoc enim
 ab Heliano uidebatur audiuiffe: iam ego hoc scio in-
 quit Apollonius tanquam archanum, & neminem
 præter Helianum id scire intelligo quamuis in carce-
 re sim. Tum ille & iam antea tibi prædictum fuit:
 ut peteres; si quid tibi expedire arbitraris. Vt bene-
 faciatis inquit Apollonius: ego autem & hic & ex
 tra eodem modo uiuo: disputo nanq; de his quæ acci-
 dunt: nullius autem rei indigeo. An etiam inquit il-
 le consiliario non eges Apolloni. qui te moneat: quo
 pacto Regem alloqui te oporteat. Nō sane per Iouem
 inquit Apollonius: nisi forte ut adulator sim persua-
 dere uelis. Quid si quis inquit ille consulat, ne super-
 be neu quasi Regem ipsum dispiciens loquaris recte
 consuleret inquit Apollonius: quamquam idipse mi-
 hi persuasi: Ego autem inquit ille huius rei gratia ue-
 neram: gaudeo autem: q̄ te ad hæc iam modeste præ-
 paratum conspiciam. Oportet autem ad tyranni uo-
 cem, & oris eius deformitatem te præpares loqui
 tur enim grauiter, etiam si placide mansueteq; lo-
 qui uoluerit: supercilia uero oculis superiacent, ge-
 næ autem bili refertæ sunt: idq; in eo conspicuum ma-
 xime est. Verum hæc Tyaneæ: non te perterreant: sunt
 enim naturæ uicia semperq; eodem modo sese habens
 tia. Ad hæc respondens Apollonius. Vlysses inquit an-
 trum ingrediens Poliphemi cum antea, nec quātus es-
 set: nec quibus cibus uesceretur audisset: nec qua uoce
 tonaret quicq̄ nouisset, tamem se ipsum ipsemet con-
 firmavit, & quāuis ab initio formidans: antrū tamē

LIBER

egressus uir fortis extimatus est: mihi quoq; exire a tyranno est animus, & me ipsum sociosq; seruare pro quibus in hoc periculū adductus sum. Hæc ad eum qui ab Heliano missus fuerat cum dixisset. Damidi postmodum omnia serio narrauit: subinde somno correptus dormitauit. Circa crepusculum uero, quidam regiarum causarum scriptor adueniens: iubet inquit Rex Apollonius, ut quando forum populo refertum erit ad se in regiam uenias, non de illatis criminibus facturus excusationem: sed quia te uidere qualis sis et solus cum solo loqui cupit. Quid igitur inquit Apollonius hæc mihi loqueris? An uero inquit ille tu es Apollonius? Certe sum inquit Tyaneus etiam. Cui nam igitur inquit ille hæc dicerem? ijs inquit Apollonius qui me ducturi sunt: opus est enim me tanq; ex carcere custoditum prodire. Tum ille hæc eadem inquit custodibus precepi. Et ego inquit Apollonius in tempore adeo: tu uero talia annuncians abi. Cumq; ille abisset: et iam noctis instaret principium. Apollonius in lectulo recumbens. Ego inquit o Damis somno indigeo: grauis enim preterita nox mihi fuit. cum laborarem meminisse aliqua ex Faraote quondam audita. At uero Damis inquit uigilare magis oportuit, teq; ad Regis preceptum preparare: cum magnum tibi negotium immineat. Sed quonā pacto inquit preparare me possum cum nesciam quibus de rebus sit interrogaturus? Tum Damis, de uita inquit decertans tam negligenter agere uideris. Certe inquit Apollonius negligenter. Nam & ipsam uitam negligo: sed nunc quid ex

SEPTIMVS.

545
 Faraote audierim, tibi narrare uolo. erit enim sermo presentibus rebus, ut arbitror accommodatus. Leones: quos mansuescere uolunt homines, iubebat Faraotes uerberibus non cedi. Nam recrudescere uerberibus illos aiebat. Nec rursus blandicijs nimium leniendos putabat: quia sic nimium superbi euaderent. opinabatur itaque blandicias minis permixtas facilius ad mores optatos illos posse deducere: Id aut nos non perferarum dumtaxat mansuefactionem dixerimus: sed tyrannis quasi frenum quoddam inicimus: quo si utentur a mediocritate nunquam aberrabunt. Optime inquit Damis contra tyrannorum mores excogitata est ratio. Sed est etiam Leo, nescio quis apud Esopum: qui egrotare simulans beluas omnes capiebat, quae ad uisendum accedebat. Vulpes autem quid inquit hic ingrediens utilitatis capiam, ubi tuto manere nullus potest: exeuntium autem uestigium nullum uideo? At ego inquit Apollonius sapientiozem utique Vulpem iudicarem, si intus accedens capta non fuisset. Sed e spelunca regrediens, suam ostendisset uestigia. Haec locutus somnum coepit: ualde breuem: deinde illucescente die cum soli sacrificasset, sicut in carcere consueuit omnibus qui aliquid interrogabant perbene nigne respondit. Interea cum forum populo repletum esset librarius idem aduenit, iubens ut ad Regis portas accederet. Ille uero nihil aliud quam eamus inquam alacriter processit, uadentem autem satellites quattuor sequebantur longius aliquanto distantes quam ut custodiat causa sequi uiderentur. Herebae au

LIBER.

tem illi Damis timidus quidem, sed cogitabundo simili. Omnis autem populus Apollonium respiciebat, tū propter habitus nouitatem: tum quod diuinus quidam stupor habitui esse uidebatur. periculum quoque quod pro uiris amicis subibat: eo etiam qui sibi antea infensi fuerant, tunc amicos benignosq; reddebat. Cum ante regias fores consisteret, uideretq; homines quosdam tanquam deos adorari: alios autem supplices uenerabundosq; coram p̄ illis adstare: tum ingredientium & egredientium strepitum ingentem animaduerteret ad Damidem conuersus uidentur inquit hæc negocia balneis rectissime posse comparari. Nam eos qui extra sunt: uideo intus ingredi properantes: q; uero sunt itus cum celeritate egredi animaduerto: ut hi quidem lauari uolentibus: illi autem iam lotis similes appareant. Attamen sermonem hunc nemini patefacias uolo: Et hæc Apollonii acta in epistola quadam ab eodem scribuntur. Cum uidisset hominem iam senio confectum magistratum quendam studiosius affectare: atq; eius potiūdi causa quasi hominem seruum sese regi submittere. huic inquit Apollonius o, Damis non persuasit Sophocles: ut agrestem dominū & furiosum aufugeret. Idem, & de nobis Apolloni dici potest inquit Damis: qui nunc ante has fores consistimus. Tunc Apollonius uideris mihi inquit o Damis arbitrari. Eacum sicut in inferno dicitur has fores custodire. mortuo nāq; similis appares. Non mortuo damis inquit: sed morituro. Tunc Apollonius abiecto inquit animo erga mortem esse mihi uideris. O Damis:

SEPTIMVS.

quãquam ab adolescentia mecum sis continenter uer
 satus: Ego autem iam te ad ipsam preparasse arbitra
 bar: & quam ego aciem aduersus eam struxissem iã
 me cognoscere: sicut enim pugnaturis & iam arma
 tis non audacia solum opus est, Verum etiam ordine
 quodam: qui pugnandi opportunitatem illi demon
 stret. Pari mō philosophantibus meditanda sunt tem
 pora in quibus mori possunt. ne imparati improuisi
 q;: sed cum optima electione ad mortem ferantur. quã
 autem optimo, & philosophiã aptissimo tempore
 mori elegerim, si quis me uelit interficere alias cum
 tu etiam adesses disputavi: ut te quoque ad idem con
 firmarem. sed de his satis. Postquam regi alloquendi
 Apollonium ocium fuit. ij quibus mandatum fuerat
 in regiam ipsum introducere: Damidem uero secum
 intrare non permiscrunt: forte autem rex cum palla
 di nuper sacrificasset uiridi ramo coronatus in ado
 nidis aula constiterat, erat autem aula illa ortulis un
 diq; circumdata, & floribus abundabat, quos Assiriij
 in honorem Adonidis mysteriorum causa domi plan
 tant. Cũq; sacris adhuc intentus casu sese cõuertisset
 specie uiri stupefactus o Heliane clamauit: cur demo
 nẽ ad me duxisti? At hoc sermone nihil territus Apol
 lonius: quis uerba optime pcepisset: ego inquit o rex,
 putabam palladem pinde te purgauisse: atq; olim apã
 Troyam Diomedem purgauit: nebulam eni propter
 quam deterius uidere homines solẽt ab eius oculis ab
 stergens dedit illi: ut deos atque homines agnosceret:
 te autem ut uideo nundum dea purgauit quãquam ue

LIBER

bementer indigeres: ut ipsam Palladem: atq; homines
 etiam intueri melius posses: neue homines inter de-
 monū spēs collocares. Tu aut o philosopho inquit rex
 a tali nebula expurgatus unquā fuisti? Tandem inqt
 Apollonius ex quo primum philosophari capi. Quo
 modo igitur inquit Rex uiros mihi inimicissimos de-
 os putasti? Immo uero inquit Apollonius quod nam
 tibi est bellum aduersus Indos Iarcham & Faraotē,
 quos ego solus infra homines Deos censeo: & tali di-
 gnos denominationē. Ne traducas nos ad indos rex ait
 neq; enim de illis loquor: sed de amicissimo tibi Ner-
 ua: & ijs: qui in eadem sunt causa responde. Visne igi-
 tur inquit Apollonius excusationem me reddere? ut li-
 bet inquit Rex. Ipse enim mihi iam attulisse iniuri-
 am conuictus est: tu uero consiliorum & sententia-
 rum omnium illi conscius: quo pacto non iniuste con-
 tra me facias edoce. Si ea quorum ego sum eis conscia-
 us audire uis audi: quid enim ego quod uerum est ce-
 larem. Tum rex archana quædam, & ad uirorum pri-
 ncipem spectantia: auditurum se esse putans animum er-
 rexerat. Apollonius autem ubi suspensio animo regem
 animaduertit. Ego inquit Nerua uirorum omnium
 modestissimum & mansuetissimū, tibiq; beniuolum
 & omnino principem optimum esse cognosco. elatio-
 nem uerō & fastum in rebus agendis adeo posum, ut
 honores etiam reformidet: eius quoq; familiares de q-
 bus dicere te puto, Rufus & Orfitus modesti quidē
 & ipsi ac diuitiarum contemptores, & ad res agen-
 das tardiores esse uidentur. Res autem nouas cōtra te

moliri, nec unquam ipsi cogitarunt, nec alteri cogitanti assensissent. His uerbis rex ad iracundiam excitatus, calumniatorem igitur me contra ipsos uis redarguere: ut quos ego scelestissimos omnium, mihiq; inimicissimos agnouit: tu bonos benignosque, & ad agendum segniores affirmes. At qui puto: si quis eisdem de te interrogauerit fore, ut nequaquam dicant incantatorem ac prestigiatorum, aut impudentem, aut auarum, & legum cōtemptorem te esse, adeo scelestissima capita ad malū inuicem cōcordatis: sed hæc omnia redarguet accusatio, cuncta enim quibus coniuuastis: & pro quibus: & quando: & quæ pro hac re sacrificia fecistis: nihil minus scio: quam qui eorundē participes interfuere. At ne his quidem uerbis territus Apollonius, turpe est inquit O rex & a legibus alienum de his iudicare, de quibus antea sis persuasus aut de his ante persuaderi, de quibus iudicium sis laturus. Attamen si ita dispositus es defensionis mee principium accipere finito. Ego rex de me male sentire te animaduerti: in quo plurimis iniurijs abs te afficior: uel potius a calumniatore: quæ enim probaturū se eē pollicitus est, Tu antequam audieris credidisti. Tu inquit rex defensionem undecunq; libet exordire. Nam ego ubi consistere: & unde incipere conueniat iam constitui. Post hæc uirum contumeliose deludere cœpit: capillos barbamque attondens, & inter sceleros uinciri iubens. Ipse uero se tonderi uidens oblitus inquit o Rex, fueram pro capillis periculum subiturum esse: de uinculis autem, si me inquit incantatorē

LIBER.

esse arbitraris quo pacto uincies? uinciam inquit rex: nec antea dimittam q̄ te in aquam: aut feram quāpis am: aut arborem conuerteris. Ego uero inquit Apollonius in nulla istorum etiam si facere possem, me conuertam, ne uiros prodam sine causa in capitis periculum adductos: sed qualis nunc sim, talem supplicijs oibus me subijciam: quæ tibi in corpus hoc exercere liberit, modo uiros: quos nominauit defendam: pro te autem inquit rex defensionem quis parabit? Tempus respondit ille: & deorū spiritus, & amor philosophiæ cui me penitus addixi. Preludium itaq; defensionis priuatim coram Domiciano tale fuisse scribit Damis, & autem inuidiose talia referunt: primo qd̄ se defendisse Apollonium perhibēt: posterius uero ligatum et detonsum fuisse. Epistolam quoq; fingunt ionice quidem conscriptam: longitudine autem fastidiosam: p̄ quam dicūt Apollonium suppliciter admodum a Domiciano petisse, ut se uiculis liberaret. Apollonius uero testamentū qdem suū ionice scripsit. Epistolā autē eius Ionice cōpositam nullam inueni q̄q̄ oēs undecūq; potui epistolas suas collegerim: neq; fuit unq̄ in scribendo p̄lixus: breues, & laconico more, scriptæ sunt oēs, p̄terea uictor causæ discessit ex foro: cur autē post latam sniam detrusus in carcerem fuerit, postorius dicetur: sed prius qd̄ i foro egerit: quidq; de tonsura disputauerit enarrauero? digna em̄ memoratu mihi talia uisa sunt. Cū iam biduo uinctus māssisset Apollonius: qdam in carcere uenit, opis ferendæ cā uenire se dicit, et de salute sua cōsilia afferre. Is erat genere sy-

SEPTIMVS.

rucus. Domiciani uero consiliorum omnium consci
 us: adeo, ut imperatoris lingua & mens appellaretur
 Is iuxta Apollonium cōsedit, sicut antea alterū quo-
 q; fecisse diximus: a sermone autem pbabiliore exor-
 sus est: ille nāq; a remotioribus: hic autem a præsenti-
 bus rebus loquendi principium sumens: O dī inquit,
 quis unquam putasset Apollonium in carcere deten-
 tum iri? Cui Apollonius: idem inquit qui me detinet,
 nisi enim hoc putasset nunquam uinxisset: ille autem
 sermonem prosequens: quis unquam ambrosias co-
 mas tonderi credidisset? Ego inquit Apollonius: qui
 eas nutrieram: quomodo autem hęc fers inquit ille?
 Cui Apollonius, fero inquit ut decet eum: qui nec uo-
 lens, nec inuitus ad hęc deuenerit. Crus autem inquit
 ille, quomodo hęc sustinet? Nescio inquit Apolloni-
 us: mens enim alijs intenta est. Verum & ad dolen-
 dū solet esse mens. Minime uero ait Apollonius: mens
 enim quæ in homine ē: aut non dolebit: aut dolorem
 sedabit. Quid autem cogitat mens? Hoc ipm inquit
 Apollonius nō cogitare talia. Cumq; ille de comis ab-
 scissis iterum quæreret, & orationem rursus eo flecte-
 ret. Maximum inquit Apollonius donum consecutus
 es, O adolescens: quod unus ex achiuis non fuisti: qui
 quondam ad Troyam expugnandam accessere: quam
 grauiter enim tulisses Achillem Patrocli comas ton-
 dentem: Si tamen totondit, quantoque dolore il-
 larum causa fuisses affectus. Nam qui meas iam
 canas, & sordibus oblitus tantopere miserearis.
 Non uideo quo pacto tolerare potuisses illas flae

uas ornatas tonderi uidens. hoc autem ille insidiose obiecerat Apollonio: ut agnosceret: pro quibus maxime doleret. Utrū conuicia in regem iactaret: pro his quæ passus fuerat: incertus etiam adhuc ob ea quæ audierat: de multis inquit apud regē accusatus es: maxime uero propter eos qui cum Nerva tanquā iniusta passi: ut dicitis exulant: delatæ sunt in super querele de sermōibus, quos in Ionia inimice aduersus eum loquutus es: uerum hæc omnia ut aiunt paruifacit: quoniam propter maiora tibi irascitur: quāuis hæc ipsa magnæ auctoritatis uir detulerit. Qualem inquit Apollonius olympionicem mihi narras: si ex eo gloriā quæris? quod in afferendis calumnijs plurimum ualeat: agnosco autem hūc esse Eufratem: quem scio aduersus me omnia machinari. Sum autem ab eodem alias in rebus etiam grauioribus perpeffus iniuriam: nam cū audisset quondam me in Ethiopiā ad Gymnosophistas profecturum apud illos me calumniatus est: nisi eius insidias præuidissem: sine taliū uirorū: et tā sapientum colloquio mihi fuerat discedendū. Hæc uerba Syracusius admirās, an tu inq̄t minoris extimas apud regem accusari eidemq̄ ex Eufratis uerbis minus probari, quam si apud Gymnosophistas idem tibi cōtingat? Certe per Iouem inquit Apollonius. illic enim discedendi causa proficiscebar: huc autem docendi gratia uenio. Et qd inquit est, quod docere uis? me uirū bonū p̄būmq̄ esse respondit Apollonius. hoc em̄ rex nondū sciuit. At uero inquit ille officium tuū est: quæ ad te p̄tinent bene disponere, ip̄umq̄ ea docere, quæ si antea

SEPTIMVS.

dixisses, q̄ huc accederes, nunq̄ p̄fecto uinctus fuisses. Agnoscens autem Apollonius syracusi uerba eodem quo regis sermones tendentia: qui putabat: si eum uin- culis liberasset fore: ut aliquid contra Neruam eiusq; comites mentiretur: O uir optime inquit, si uera Do- miciano loquens in carcere uinctus detineor: quid si ei dem falsa dixero sum passurus. sibi em̄ ueritas digna carcere uidetur. mihi autem mēdaciū. His uerbis ca- ptus siracusus, ualde illum amabat. Et tanq̄ uere phi- losophantem admirabatur: idq; sapius uerbis signifi- cans e carcere discessit. Apollonius uero Damidē res- piciens: intellexisti ne inquit hunc Pythonem. Vidi inquit Damis ipsum tibi assidentem: Et uerbis ut uis- debatur seducere te conantem. sed quid sibi uelit Py- thonis nomen non intelligo. Fuit inquit Apollonius Byzantius quidam nomine Python orator ut aiunt, ad persuadendum aptissimus: is a Philippo Amyntæ fillo ad græcos pro ipsorum seruitute legatus missus, ceteros quidem græcos omisit, ad Athenienses autem q̄ maxime poterat rhetorica arte Et dicendi uehemē- tia usus est: Philippum dicēs iniuria ab illis affici; et peruerse facere Athenienses: qui Græciam asserere in libertatem tentarent. Hæc itaq; Et alia huiusmodi aduersus Athenienses dicebat Pytho. Sed Demosthe- nes Peanicus magno animo contradicens se solum hu- ius uehementiam tolerare ausum fuisse in suis oratio- nibus iactat. Ego autem q̄ eius oratione seductus non fuerim: q̄q; illi non assenserim nunq̄ premio dignum me iudicabo. asseram tamen ipsum eadem quæ quon-

LIBER

dam Python esse conatum, quippe qui tyranni merce
narius ad me uenerit absurda iniustaq; persuadere ad
nitens. Et quidem Apollonius longo sermone narra-
uit in hanc sententiam uerba dicens. Damis autem re-
bus presentibus uehementer se dubitasse refert, q; ea-
rum exitu nullum uideret, nisi quem dii colentibus ip-
sos adorantibusq; ex rebus etiam grauioribus plerūq;
dederunt. Paulum uero ante meridiem ipsum compel-
lans Damis O Tyanee inquit, gaudebat autē tali cog-
nominē: quid nam passuri sumus? Illud idem inquit
Apollonius quod hactenus passi sumus: Finis autem
nobis hic futurus nō est: neq; nos interficiet quisquā.
Et quis inquit Damis adeo inuulnerabilis est ut inter-
fici non possit? Ille autem sermonem prosequens, li-
berabimur autem inquit, quod eum, qui iudicaturus
est hodie, quo ad me autem paulo post, atq; hęc dicens
exemptum e, compede crus Damidi ostendēs ait. Ego
futurę libertatis iudicium hoc tibi premostrare uo-
lui, quapropter confide: Et tunc primum damis ait
indubitanter se cognouisse naturam Apollonij: q; di-
uina quedam, & supra humanam esset cōditionem.
Non sacrificijs peractis nō in precibus uotisq; nūcupa-
tis uincula deriserat, rursusq; crure compedibus inser-
to itidem atq; ceteri uincti permanebat. Hęc autem
stolidiores homines ad incantationes referunt: quas
ad plurimas rerum humanarum proficere opinātur.
Nam Athletę incantationes expetunt, & certato-
res omnes propter uincendi cupiditatem easdem co-
lunt: quamuis ad uictoriam conferre nihil possint:

ubi enim a fortuna quandoq; uictoria provenit: tunc infelices homines ab ea laudem auferentes huic arti ipsam attribuunt: nec etiam suis cupiditatibus fraudati fidem adhibere eisdem desinunt, & secum ipsi excusationes huiusmodi meditantur: si hos autem uapores incendiissem non caruissem profecto uictoria: atq; hæc & uerbis asserunt: & omnino sic esse opinantur: Ad mercatorum etiam fores: hæc ipsa accedit incantationum opinio: Nam eorum plerosq; comperimus pecunias ex mercatura quæsitâ computare: ut incantatoribus congruas partes impendant. & aduersitates si quæ contingant; aut ex pecuniarum parsimonia. siue q̄ non ut oportuit sacrificarint euenire arbitrantur: Maxime uero amatores attingere ars huiusmodi uidetur, qui cum tam deceptibili morbo laborent: ut aniculis etiam pro eo leuando fidem adhibeant, mirandum non est: si ad huius artis professores sophistas, aut eorundem preceptis obtemperant ex terræ uisceribus defossos: aut ex astris lunæque ut aiunt direptos: aromata insuper quæcunq; in ortis indorum nascuntur: pecuniam grandem horum causa afferri iubent: profunt autem nihil: si enim qui amantur, quacunq; de causa; erga amatores afficiantur; aut muneribus allekti eisdem obsequantur in amoribus: tunc ars ipsa laudatur tanquam ad omnia sufficiens: sin uero eos fefellerit, experientia in aliquod omissum culpa refertur. Dicunt enim talè uaporationem, aut sacrificiū libationeue defuisse: horū autē quodcūq; magnū in utrâq; pte momentū afferre.

LIBER

Hos igitur per quos diuina signa & alia quæuis portenta procurant queq; latissime ab huius artis, professoribus conscripta sunt: ego quo ad fieri potest oculis censui, nec inter adolefcētes de ipsis quicq; esse loquendum: ne illis etiam ludi causa assuefcāt. Sed iam digressio finem habeat: quid enim amplius dicere attinget de his? natura simul & lex disci prohibet. Cum talem se Damidi mōstrasset Apollonius: multaq; inter se fuissent locuti, Circa meridiem adueniens, quidam sic locutus est: Rex te huiusmodi uinculis liberat Apolloni Heliani consilij persuasus, & liberum tibi carcerem concedit habitandum: quo ad tempus faciendæ defensionis adueniat: quæ: ut arbitror: post quinque dies erit faciēda. Quis igitur ait Apollonius hinc me traducet? ego inquit ille: sequere modo. Cū ij: qui in libero carcere erāt Apolloniū uiderēt, leti atq; alacres complectebantur: utpote: qui in sperātibus ipsis ad se redisset: sicut enim filij parentes desiderant a quibus comiter doceri moneriq; consueuerunt: aut quæ a tate sua contigerint audire, sic illi desiderabant Apollonium, idq; mutua congratulatione significabant. Ipse uero boni aliqd eis consulere nunq; cessabat. Postridie Damidem uocans Apollonius, mihi quidem statuta die defensio erit faciēda: tu uero Dicearchiam pergas, uolo, meliusq; pedibus uadere: atq; ubi demetriū ibi conueneris ad mare te conuertere: ubi Calipsonis insula est: illic enim apparere me uidebis. uicem ne inquit Damis, aut quo pacto? Tunc ridens Apollonius uiuentem inquit ut ego puto: ut autem tu

existimas rediuiuū. et ille quidem ut ait inuitus abiit: nec de eius uita desperans omnino: nec rursus de incoslimitate sua multum confidens. Cūq; die tertia Dicearchiam deuenisset de tēpestate quæ maxima diebus illis in mari fuerat audiuit. Nam uentus imbri commixtus uehementius maria perturbauerat: ita ut nauium illuc tendentium alias demerserit: alias in siculum usq; fretum dispulerit: quapropter tūc Damis intellexit cur pedibus uadere se iussisset Apollonius. Cætera autem quæ post hac scribentur ex Apollonio se audiuisse refert damis: cum demetrio sibiq; postmodum illa narraret. Adolescēs quidam eximie pulchritudinis ex Messana, quæ est in Achaia ut aiebat oriūsus Romam uenerat. Hunc permulti quidem. sed præteris omnibus Domicianus amabat. Cæterum alij sic amabant: ut non admodum q̄ ab eodem non amaretur timerent: uerum ipse adolescens formæ suæ & pudicitie parcens cū modestia summa degebat: itaq; q̄ aurum & pecunias contempserit, gemmasq; & equos atq; alia: quibus adolescentes ut amatoribus indulgeant adduci solent inter laudes non enumero: sic enim decet uirum esse dispositū. sed is maioribus premijs sollicitatus q̄ omnes alij: quos unquam oculi regū concupiuerint indignum se his quæ offerrebantur respondēbat: quapropter amatoris iussu in carcerē coniectus est. & ad Apollonium ueniens dicere aliquid uelle uidebatur: sed ob pudorem loqui non audebat. quod cum animaduertisset Apollonius, quid causæ est inquit, cur tu nihil propter ætatem adhuc mali potēs

LIBER

operari: perinde: ac nos infelices in carcere detineris?
 Immo etiam moriar inquit ille, temperantiam, nãq;
 leges uestre morte plectunt. Non nostras solum inquit
 Apollonius, sed etiam quæ quondam apud Theseum
 fuere, Hypolitum, nãq; temperantiæ causa pater in-
 teremit. Me quoq; inquit ille pater itidem perdidit:
 nam Messanæ quæ est in Archadia natã, litteras græ-
 cas non docuit, sed huc misit, ut legitima iura perdis-
 scerem, uenientem autem Rex male me uidit. Tunc
 Apollonius quasi non satis intelligens quid ille dice-
 ret: dic inquit o adolescens, num te ceruleis oculis esse
 Rex putauit: cum eisdem ut uideo nigros habeas: aut
 obtorto naso esse iudicauit: cum eundem rectum: bene
 compactum habeas: non secus atq; artificiose fabrica-
 ta Mercurij simulachra: aut comam aliter se habere
 opinatus est: cum flaua sit; & recte discriminata aut
 os forte tam egregie formatum, ut silentio pariterq;
 sermoni sit accomodatum: non sibi tale uisum est.
 Collum autem his omnibus ferendis idoneum, et ue-
 nustatem quandam præ se ferens aliter sese habere ui-
 sum est regi: ac propterea male ab ipso uisum te ef-
 fedicis. Immo uero: hoc ipm me perdidit compulsus
 enim ad me amandum abstinere non patitur: ab his:
 quæ amat: sed meam pudicitiam uiolare nititur: per-
 inde atq; ij: qui mulieres amant. Admirans autem il-
 lum Apollonius quam obscenum dormire cum amato-
 re putaret: & utrum turpe an non id esse censeret: at-
 q; alia huiusmodi interrogare noluit: quoniam erube-
 scere Archadem, & ob pudorem submissius loqui ani-

SEPTIMVS.

ma duertis. Interrogauit autem an in Archadia ser-
 uos ullo possideret. Certe per Iouem inquit ille & q-
 dem plurimos: quis igitur inquit Apollonius his te p-
 fecit? Leges inquit ille: Nam per leges eorum dominus
 sum. Domicianus autem inquit Apollonius: quid a
 seruis expetit: num ut illi obtemperet: & non aduer-
 sentur ei: qui eorum corpori dominatur: ille autem ad-
 uertens, quorsum facienda responsio tenderet. tyran-
 norum inquit uim insuperabilem imitemq; esse audis-
 ui propterea liberis imperare uolunt: mei autem cor-
 poris dominus ego sum: illudq; inuiolatum seruabo.
 Et quo pacto inquit Apollonius cum amatore nego-
 tium habens: qui gladio contra tuam pulchritudinem
 lasciuit. Ego inquit ille ceruicem potius prebebo. Illa
 nanq; gladius appetijt. Ipsum igitur collaudas Apo-
 lonius, Archadem inquit te esse uideo. Huius autē ado-
 lescentis, ipse in epistola quadam meminit eumq; las-
 tius accuratiusq; describit quā ego hoc loco fecerim;
 atq; eius temperantiam laudabiliter extollere dicit.
 Adolescens is a tyranno non est interfectus: sed cū Ro-
 mam non sine admiratione summa uidiisset ad maleā
 nauigauit: ab Archadibus magis coli dignus: q̄ qui p-
 pter plagarum tolerantiam uictores apud Lacedemo-
 nios predicantur.

LIBER
PHYLOSTRATI DE VITA
APOLLONII TYANEI
LIBER OCTAVVS.

Vnc ad tribunal accedamus au-
dituri uirū de illatis criminibus
se defendentē. Cum n. sol iam eēt
exortus patefactus est nobiliori
bus uiris aditus in pretoriū, &
qui cū Rege uersabantur asse-
rebant illum preterita die nihil

D

omnino comedisse cū examiaret accuratius ea quæ in
accusatione continerētur. Habebat enim in manibus
libellum, ubi scripta erat accusatio: & alia quidē cū
iracundia quadā, alia placatiore animo legebat. Fines
gere debemus animo uirū legibus inimicū: quoniā præ-
torij meminimus. Ex alia uero parte occurremus uiro
qui se potius disputaturū, q̄ causam capitis dicturum
arbitrabatur: quod satis cōcipi potest ex his: quæ egit
antea q̄ pretorium ingrederetur. Cum enim ad tribu-
nal accederet, interrogauit scribā, quo nā se duceret.
Cūq; illum ad iudiciū ducere se respōdisset, cōtra quē
inquit sum dicturus? cōtra accusatorē tuum inq̄ ille:
et inter uos iudicabit. Inter me autem et regē, quis nā
iudicaturus est inquit Apollonius, demonstrabo nāq;
ipsum philosophiæ iniuriā afferre. Et quæ inquit ille
regi cū philosophia ratio est, ut iniuriā afferre ei pos-
sit? Verūtamen philosophia de rege plurimū sollicita
est: ut iuste ac decēter iperet: collaudans Apollonij sen-

tētiā scriba cū esset aliqñ Apollonio beniuolus ut
 in principio ostēdit: quōta inq̄ aqua tuā orōnem me
 tieris? hoc enim ante cām dicendam scire me oportet
 Si quodcūq; inquit Apollonius cā exigit dicere me si
 nat, nō ipse tyberis ad metiendū sufficiat. Sin ad ea tā
 tum: quē interrogabor dicturus sum constat respon
 dentis mēsuram esse eū qui interrogat. Contrarias in
 quit scriba uirtutes polliceris, cū & breuiter & plē
 xe de iisdem rebus te dicturū ostēdas. Minime uero cō
 trarias inquit Apollonius: imo similes: qui em̄ alterū
 sufficienter efficere pōt: ad alterū quoq; erit idoneus:
 & moderatiōem ex utroq; cōpositam: nō utiq; terti
 am dixerim: sed inter primas orōnis uirtutes enume
 randa uidetur. Ego aut̄ tacere in iudicio quartā esse
 uirtutē p̄cepi. Inutilis ista ē inquit ille et tibi et oībus
 q̄ in aliquo uersatur piculo. Verū eī uero Socrati athe
 niensi maxime p̄fuit qñ absolutus est. & quo nam pa
 cto inq̄ illi taciturnitas p̄fuit cū mortuus sit. Nō fu
 it mortuus inquit Apollonius: uerū sic eē Athenienses
 putarunt: hoc pacto sese apollonius aduersus tyrannē
 iniurias p̄pabat. Cū ad fores p̄torij constitisset ac
 cedens alius qdam scriba o Tyanee inquit nudū te p̄
 toriū itrare rex iubet. Tunc Apollonius, loturi ne: an
 dicturi cām huc accedimus. Tunc ille. non p̄ uestibus
 hęc tibi p̄cipiuntur: sed oīno p̄hibet rex ne fasciculū:
 ne libellum, neue aliud scriptū oīno tecum feras. An
 etiā nec scuticā inquit Apollonius ad hos cedēdos: quī
 sibi. tā stulta p̄suaserunt. Tūc exclamans accusator, O
 rex uerbera mihi minatur incantator iste: quē enim

LIBER.

ego regi nunquã suasi: tu illi me persuasisse dicis. Aderat enim cõicianti accusatori Euftratis libertus: quẽ dicebatur Euftrates delatorẽ misisse disputationum: quas in Ionia fecerat Apollonius: & simul pecunias attulisse: quos euftratis nomine accusatori largiretur. Et hæc tanquã præludia accusationis fuerunt: quæ uero in ipsa accusatione acta sint deinceps narrabimus. Erat pretorium tanquam in festiua celebritate exornatum: & insignes uiri omnia certatim loca compleuerant: idq; iubente rege fecerant. Cupiebat enim coram pluribus Apollonium redarguere: tum etiam tot clarorũ uirorum presentia terreri illum opinabatur. Ille uero adeo regem contemnebat: ut ne respicere quidem ipsum dignaretur. Cum increparet accusator superbiam eius: iuberetq; omniũ hominum deum respicere: oculos ad culmen domus sustulit Apollonius. Tu uem se respicere demonstrãs: deterioremque existimabat tam scelestum adulatorem quam eum: qui sibi tales adulatões fieri sustinebat. Clamabat in super accusator metire aquam o rex: si enim orationis prolixitatem illi concesseris, nos omnes decipiet. Habeo enim libellum in quo accusationis capita scripta sunt: quibus ipsum oportet respondere: & per singula defensionem afferre. Imperator autem tanquam optimum consiliarium laudans iussit Apollonium iuxta calumniatoris consilia defensionem proferre. Et cætera quidem accusationis capita quasi indigna quæ in iudiciũ uenirent, omittens tantum interrogauit: quorum dubia difficultiq; responsio uidebatur. Primo quidẽ: quæ

OCTAVVS.

causa è inquit Apolloni cur eodem quo alij uestitu nõ
 utaris: sed proprium quẽdam, & ab alijs diuisum ha-
 bitum inueneris. Ad hoc Apollonius: quia inquit ter-
 ra: quæ me nutrit eadem quoq; uestire potest: & hoc
 pacto miseris animalibus molestiam nõ afferre: Rura
 sus autem interrogauit accusator. Cur te homines des-
 um appellant? quoniam inquit ille uir omnis q; bonus
 existimatur tali cognomine honoratur: hoc autem re-
 sponsum ex qua depromserit philosophia in sermo-
 nibus cum Indis habitis ostendimus. Tertio de peste
 interrogauit, quã Ephesi sedauerat: unde inquit agno-
 scens: aut unde coniectans predixisti Ephesius causam
 morbi? Ego inquit O rex utens uictu magis tenui quã
 ceteri homines primus morbi grauitatem sensi: quod
 si libet referam etiam pestium causas. Ille autem: ut
 opinor: timens ne iniusticiam & sceleratas nuptias:
 & cetera quæ præter rationem fecerat morborũ cau-
 sas esse diceret: non egeo inquit responso tali: Quarta
 tam uero interrogationem: non statim protulit: sed
 plurimum temporis interponens: multa q; secum inte-
 rea cogitans: & stupetissimilis: tandem quã præter om-
 nium opinionem fuit interrogauit. Opinabantur nam
 q; oēs illum altiore uoce hominum fide implorata, gra-
 uiora quãdam cõtra eius sacrificia clamaturum: ipse
 uero submissus placidisq; uerbis sic interrogauit. Cũ
 tu Apolloni die quadam domo egressus in agrũ ueni-
 sti cuius puerũ: ut sacrificares mactasti? Tunc Apol-
 quasi puerũ quẽdã castigãs, meliora inquit loquere. Si
 n. domo exiui in agro fui et sacrificauit. si aut sacrificauit

LIBER.

ui, etiam comedi, sed hæc dicant uelim, qui fide sunt
 digni. Talia dicente Apollonio, cū laudatorū assensus
 sublatuſ eſſet maior etiā q̄ regio foro congruere uide-
 retur, Rex illius dicti attestari oēs arbitratus, & re-
 sponſis eius aliquantum cōmotus. cum ſui compos eſſe
 & mentis aliquid habere uideretur, ego te inquit A-
 polloni de oblatiſ crinibus abſoluo, & liberum eē in
 beo. Permanebis autem quo ad priuatim tecum collo-
 quar. Ille autem animo confirmatus: tibi inquit Rex
 habeo gratias: ppter autem iſtos ſceleſtiſſimos uiros
 urbes funditus pereunt: inſula exulibus replentur: cō-
 tinens doloribus abundat, & exercitus formidine, ſe-
 natus autem ſuſpitionibus nunquam caret. Da igitur
 ſi uiſ & mihi locum: ſi autem mitte qui meum cor-
 pus accipiat: animā nāq; capere impoſſibile eſt: quin
 etiā neq; corpus capere poteris, neq; me poſſidebis:
 quoniam tibi fatorum ordine nō ſubiſcior: atque hæc
 dicens e pretorio diſparuit, preſentē oportunitatem
 egregie captans: quoniā tyrannus non boni alicuius
 cauſa, ſed ob quādam curioſitatem, nōnulla ab eo que-
 ſiturus apparebat. Multum enim in hoc gloriabatur
 q̄ eum nō interfeciſſet: ne in tali re deciperetur. Apol-
 lonius autem bene ſibi euenire opinabatur: ſi natura
 ſua nō ignoraretur & ſi oibus notum eſſet ſe inuitū
 capi nequaquā poſſe: de timore etiā quē pro uiris ami-
 cis ſuſceperat, bene ſuſcipere uidebatur. Cum enim de
 iſtis ne interrogaſſet q̄dem tyrannus quomodo pſua-
 ſione aliqua inductus eos interficeret ob crina: quæ i
 iudicium non ueniſſent. Hæc autem ſunt quæ in iudi-

cio acta ab ipso. Sed quoniam oratio quædam ab ipso
 scripta est. quam uelut ad aquam narraturus compo-
 suit. consentaneum duxi eam huic operi inserere. Neq;
 uero sum nescius fore: ut qui scurile quoddam ge-
 nus laudant dicendi. suum hunc dicendi modum calū-
 nientur tanquam minus q̄ deceat assentatoriū: ut ipi
 putant; uerbis autem *Œ* sententijs nimis se attollentē
 Si quis autem ad uiri conditionē respexerit non iudicabit
 sapientis moribus correspondere si comparia et
 antheiteta orationi interserat, *Œ* sibilantis more lin-
 gua supplodat. Rhetoricæ namq; exercitationis ista
 sunt: quibus non semper uti opus est. dicendi enim ar-
 tificium: si in iudicijs manifestum sit dicenti calumni-
 am affert tanquam decipere uolenti eos qui iudicatus
 ri sunt. Sin autē occultū latensq; fuerit artificium fa-
 cilis quod uolet assequetur. Iudices enim latere: qđ
 quis eloquens sit, uera perfectaq; est eloquentia. Sapis-
 enti autem uiro sese defensuro (neq; in iudicio accusa-
 bit) sapiens ea: quæ reprehēdere palam potest) alius di-
 cendi modus cōuenit. *Œ* a forensibus oratoribus: ut
 oratio preparata qđem sit: dissimulet autem prepara-
 tionem, *Œ* puram esse oportet: nō tamē adeo nudam
 ut superbiæ suspicionem aliquā afferat. Captandæ au-
 tem misericordiæ ratio omnis abesto: Qui enim sup-
 plicari per se non permittit: quid is pro captanda mi-
 sericordia dicere curabit? Talis ut arbitrator, ea quam
 diximus ratio uidebitur his: qui non nimis molliter
 necari uirum sunt audituri. Compacta est autem ab
 ipso in hūc modum oratio. De maximis rebus hodie:

na die certamen tibi rex mihiq; ppositum est. Tu pro
 his rebus periclitaris: pro quibus antea nullus Imperator
 periclitatus est quod Philosophiã sine causa uis
 dearis calumniari. Ego autem horum causa uocor i iu
 dicium: quorũ nunquã Athenis accusatus est Socrates
 cuius accusatores uanum quid demones esse arbitran
 tes: nec ipsum tali nomine appellarũt: neq; demonem
 esse sunt arbitrati. Cum igitur utriq; nostrum tã gra
 ue periculum imineat: non uerebor ea tibi consulere:
 quã mihi ipse iam dudum persuasi. Postquam enim i
 hoc certamen nos deduxit accusator, opinio falsa qui
 dem apud omnes increbuit: te in hac auditione consul
 tricem iracundiam adhibiturum esse: per quam utcũ
 q; in iudicio res euenerit me sis interfecturus, me autẽ
 putant iudicio quacũq; ratione possim excessurum:
 Et modo o rex adesse mihi complures opinãtur. Hęc
 itaq; cum audissem in iudicium ueni: non ut mentem
 tuam rectamue sententiã peruerterem, sed legibus ob
 temperans rationi me subieci: quod etiam me tibi cõ
 sulere uolo. iustum est enim te, neq; preiudicium face
 re: neque in his permanere: quã tibi forsan aliquis de
 me persuasit: quod tibi sim inimicus, quod si quis Re
 gem Armenium: aut Babylonium: aut aliũ quem uis
 eorum: qui in illis prouincijs regnant: quiq; militibus
 Et equitatu sagittarijs quoque, Et uirorum multitu
 dine. Et pecuniarum multitudine abundant: mali
 quippiam tibi allaturum: aut priuaturum te imperio
 dixerit. Scio non sine risu te posse talia dicentem au
 dire. Quomodo igitur credere poteris, uirum sapiens

176

OCTAVVS

tem & nudum, contra Romanum Imperatorem arma mouere? aut quomodo talibus uerbis aures prebere potes. presertim egyptio calumniatore talia deferente: quæ profecto nunquam ex Pallade audiuisti: quam de tuis rebus sollicitam esse: atque iisdem prouidere fateris: nisi forte assentandi calumniandique facultas eo usque in uiris sceleratis ducta est: ut deos de rebus paruis, & oculorum lippitudine, aut febricitatione de somnijs, & de intestinorum tumore familiares tibi consiliarios esse dicant, teque medicorum instar attractare: & cuilibet morborum tuorum remedium afferre: de imperio autem, & de uita periclitanti, neque consulant a quibus cauendum sit, nec moneant quibus armis contra eosdem sit utendum: sed permittant calumniatores, tanquam palladis egi dem aut Iouis manum tibi opitulari: cum de te scire profiteantur ea: quæ nec ipsi quidem Dei sciunt. Iactant præterea de te excitando: aut ad somnum deducendum plurimum laborare. Si tamen somnum inducere est malis, mala semper accumulare, & tales ut sic dicam iliades iugiter comminisci. Quod autem equos plurimos nutriant: & albis bigis per medium forum deuehantur: & in uasis argenteis: aut aureis cõiuentur: nuptiæ præterea puerorũ duobus: aut tribus nũmorum milibus ad libidinẽ emptorum, mulierum insuper occulti concubitus, quo ad illorum scelus latere potuit, atque earundem coniugia postquam in crimine deprehensi fuerint, Tum etiam ingentes plausus ob egregias uictorias habiti, quotiẽs

LIBER

philosophus aut consularis uir nihil iniuste agēs falso ab ipsius iudicio circūuentus abs te occiditur. Hęc inquam atq; huiusmōi alia nefanda facinora scelestorū hominum delitijs concedantur: patiantur etiam ipos Reges neq; hominum conspectum uereri. Quod autē supra homines, tantum sapere se profiteantur: ut a se ferere audeāt: quę deorum sunt sese pręnoscere, Ego quidem non laudo, & audire perhorresco: tu uero si talia admiseris, proculdubio futurum arbitror: ut te in iudicio accusent, tanq̄ de dijs male scientem: sperant enim etiam aduersus te accusatiōes componere: postq̄ eorum calumnijs nemo accusandus remanserit. Atqui sentio me hactenus accusatoris potius uel obiurgatoris: quam defensoris personam gerere: sed hęc a me legum gratia dicta sunt: quas nisi dominas regi esse putaueris, ipse proculdubio nō dominaberis. Quem igitur pro defensione mea patronum inuocabo? Si enim Iouis implorauerim auxilium: sub quo me uixisse nō inficio, incantationibus uti me clamabunt accusatores: qui cęlestia terrestribus misceam; Disputabimus igitur de hoc ip̄o freti auxilio uiri: quem pleriq; mortuum esse putant: ego autem minime concedo. Is autem est pater tuus: qui me tanti faciebat: quanti tu illum facere predicas: ipse enim te genuit: a me autem Rex idem factus est. Is itaque defensionis meę patronus erit: qui res meas multo melius nouit quam tu: uenit enim in ægyptum antea quam imperator eēt: ut dijs ægyptijs sacrificaret, & mecum de imperio loqueretur. Cumq; me comatum inuenisset: & eodem

quo nunc sum habitu amictum, ne uerbum quidem uolum de uestibus fecit: putans quæcunq; in me essent bene se habere. Cumq; mei causa illuc se uenisse fateretur magnis me laudibus extollens discessit, & mihi p multa narrauit: quæ nulli alij patefacere ausus fuerat. Plurima quoq; ex me audiuit: quæ ex alio nemine potuisset audire. In sententia uero quam habebat de imperio ualde per me confirmatus: cum alij prius ab eadem illum dimouere conati fuissent: & quidem nõ recte sicut tibi quoq; uideri non dubito: nam parenti tuo imperium suscipere dissuadebant, qui post illum eras imperaturus. Cum autem ego sibi consuluerim: ut imperium ultro ut ita dixerim ad forum ueniens: susciperet: uosq; eiusdem relinquere heredes bene recteq; me sentire asseruit, quapropter & ipse ad summum dignitatis gradum euectus est: & uos pariter in eodem collocauit. Quod si me incantatorem esse putasset nunquã de grauissimis rebus consilia mecum cõtulisset: neq; enim de talibus mecum propterea locutus est, ut fatis necessitatem asferrem, siue ut Iouem regnare illi monstrarem: aut cœleste aliquod prodigiũ sibi falso nũciarem ostendens solem ab occidente oriri: aut in oriente occidentem: nõ enim imperio dignũ ipsum iudicasset si me putasset eiusmodi portẽta efficiere posse: aut sophismatibus quibusdam uirtutem aucupari quando easdem uirtutes exercendo acquirere opus est. Quinetiam de his ipsis rebus in tẽplo Palam sum locutus, incantatores uero deorũ templa euitãt quæ sunt eiusmodi artibus inimica. Noctem enim

Et locorum obscuritatem sectantes non sinunt demē-
 tes homines oculorum atq; aurium uti iudicio. Sū etiā
 am priuatim cum tuo patre locutus cum Dion et Eu-
 frates colloquētibus nobis interessent: quorum alter
 mihi quidem inimicissimus est alter autem amicissi-
 mus: nam Dionem inter amicos enumerare nunquam
 desinam. Quis igitur coram sapientibus uiris: aut sal-
 tem sapientiæ simulatoribus cum incantatore loqui
 uellet: aut quis non tam coram amicis quam inimicis
 caueret, ne malus esse uideatur. Colloquia insuper es-
 rant incantatoribus aduersantia. Tu enim opinaris
 fortasse patrem tuum cum regnum appeteret incan-
 tatoribus magis quam sibi ipsi fuisse crediturum: aut
 ad deos illa referre: ut ex me illud ipsum inueniret:
 quod profecto aliter multo sese habet: nam prius quā
 in egyptum ueniret, regnum se habiturum extima-
 bat: sed postea de rebus maioribus mecum locutus est:
 ceu de legibus: de diuitijs iuste acquirendis: quo pacto
 dijs esset sacrificandum: quantaq; ab eisdem bona ac-
 cedant, ijs qui secundum leges dominantur discere cu-
 piebat: quibus omnibus incantatores maxime aduer-
 santur: si enim hæc ualeant: nullius precij ipsorum ars
 extimabitur. Oportet autem Et hoc ipsum o Rex ut
 ita dicam considerare. omnium artium quæ ab omni-
 bus inuentæ sunt, uariæ diuersæq; sunt operationes, cū
 tæ uero comparandis diuitijs. hæc quidem paruis: illæ
 autē maioribus intendūt: nonnullæ etiā uictus dūta-
 xat quærendi causa laborant. Neq; solū sordide artes
 hoc faciunt: sed aliæ quoq; tã sapientes, q̄ subsapientes

OCTAVVS.

preter illam quæ uere est philosophia. Sapientes autē
 artes appello, ceu poesim: Musicam: Astronomiam et
 Rhetoricam non circūforaneam. Subsapientes autem
 dico pingendi fingendiq; peritiam: insuper statuari
 am, gubernatoriam agriculturam, quatenus aliquod
 agendi tempus & rationem obseruat. Hæ nanq; ar
 tes non multum a sapientia distare uidentur. Sunt
 etiā artes quædam o Rex falso sapientes, & cogēdis
 pecunijs tantum intentæ inter quas diuinandi peris
 tiam nolim enumeres: est enim plurimi digna, si recte
 & cum ueritate procedat. Vtrum autem ars appellā
 da sit: nondum scio. Incantatores autem omnes falso
 sapientes appello: quæ enim non sunt esse: quæ sunt tā
 quam non sint ostendere conantur: quamuis hæc om
 nia quæ decipiunt imprudentiæ tribuo: quicq; enim
 sapientiæ huic arti uidetur inesse: id totum in eorum
 qui talia aspiciunt: quiq; ab illis falluntur dementia
 positum est: omnes enim pecuniarū amore tenctur: et
 ea in quibus se maxime iactant mercedis causa ab illis
 inuenta sunt: qui pecuniarum abundantia affectātes
 eorum sectatores, utcunq; libet seducūt: quasi omnia:
 quæ cupiunt prestare sufficientes. Quas igitur apud
 me diuitias aspiciēs o, Rex falsæ huiusmodi sapiētiae
 peritum me esse iudicare potes? quod autem in hoc
 uera dicam ex epistola generosi, & diuini hominis pa
 tris tui licet intueri. qui me cū in alijs: tum in hoc q
 pauper sim maxime laudat. Est autem epistola talis:
 Impator Vespasianus Apollonio philosopho salutē.
 Si oēs Apolloni secūdū te philosopharentur: feliciter

LIBER

utiq; sese haberet Philosophia: & paupertas: q̄ philo-
 sophia quidem incorrupta permaneret: paupertas ue-
 ro sponte ab omnibus eligeretur. Vale. Hæc patrè tuū
 pro defensione mea dixisse putato: et philosophia in-
 corruptibilitate, paupertatis uero electione spontea
 nea me definisse. Meminerat enim eorum quæ in egypto
 contigerant. quando Eufrates & alij quidā philo-
 sophie simulatores pecunias ab eo nō immanifeste
 petebant: Ego autem non solum pecunias non petij,
 uerū etiam illos tanq̄ non idē facientes amoui. Quin
 etiam cum essem admodum adolescens pecunias con-
 tempserim. paternam enim hereditatem admodum am-
 plam, uno eodemq; die acceptam: & dimissam fratri-
 bus meis, amicisq; cōcessi: partim etiam cognatis pau-
 peribus distribui: hoc unum dumtaxat cogitās ut nul-
 lius indigerem. Omitto Babyloniam & Indos, trās
 caucasum & yphasim fluiuium positos: quæ omnia lo-
 ca peragrans: mihi semper similis permansi. Sed eorū
 quæ in istis regionibus a me acta sunt: q̄ nunq̄ pecu-
 nijs acquirendis animum intēderim. hunc ipsum egyptium
 adhibebo testem: qui cum multa mala me fecis-
 se: plura etiam peruerse consuluisse calumniatur: nun-
 quam tamē pecuniæ causa ad hæc facinora impulsus
 fuisse me dicit: nec quid lucri sim meditatus ostendit:
 sed tam dementem esse me iudicat: ut cum ijsdem in-
 cantatiōibus utar: quibus alij pecuniarum gratia uti
 solent, pecunias tamen non exoptem: putatq; me quā-
 si uenalem aliquam mercem proponentem clamare,
 accedite, O dementes sum enim incantator egyptius:

idq; gratis. Nullius mercedis causa exerceo: erit au-
 tem hoc lucrum: q; uestrum quilibet eorum quæ expe-
 tit compos factus abibit, ego autem accusationes peri-
 culaq; subibo. Sed ne sermones insulsos, aut dementes
 efferamus: quæramus ab accusatore de quo primo di-
 cere nos oporteat, q̄q̄ interrogatione non esse opus cõ-
 seo. ipse enim a uestitu sumpsit accusationis exordiũ:
 & ab his quibus aut uescor, aut abstineo. Horum igi-
 tur pro me causam dicito diuine Pithagora, pro his
 enim in iudicium uocor: quorum tu quidem inuētor,
 ego autem laudator sum & imitator. Hominibus o-
 Rex terra cuncta necessaria producit: ita ut uolenti-
 bus pacifice cum cæteris animalibus uiuere nihil om-
 nino desit, ex ipsa nãq; cõmuni omnium nutrice quæ-
 dam metendo colliguntur: quædam arando extrahun-
 tur: & omnia suis temporibus apte congruunt. Sed
 quidam uelut illius munerũ ignari cibi uestitusq; pa-
 randi causa gladium contra animalia nudarunt. In-
 di autem brachmanes, nec ipsi talia laudauere: et Egy-
 ptios gymnosophistas ne talia laudarent edocuere.
 Ab his autem hæc instituta accipiens Pithagoras egyptio-
 rum disciplinam græcorum moribus primus ad-
 miscuit: & animalia in terra degere permittens: quæ
 autem ex terra nascuntur munda puraq; esse putans,
 talibus ut uesceretur instituit. q; animæ corporiq; ap-
 te nutriendo congrueret. Vestitum insuper: quem ple-
 riq; ex morticina materia confectum gestant, impu-
 rum esse autumans linteis amiciri constituit: & cal-
 ciamenta itidem ex arborum corticibus fieri manda-

uit. Ex hac autem puritate mundiciaq; fructus com-
 plures affecutus est: maxime uero q; suam animā cog-
 noscere meruit. Nam cum esset eo tēpore natus: quo
 ob raptam Helenam Troia oppugnabatur: & filio-
 rum Panthei pulcherrimus: & pulcherrime ornatus
 esset adeo iuuenis interfectus est: ut Homero lugendī
 causam præbuerit, in multa deinde corpora transmi-
 grans iuxta immobilem fatorum legē: quæ uarie mul-
 tipliciterq; animas permutat. rursus in hominis for-
 mam redijt, et Mnasarchi Samij filius fuit sapiens ex
 barbaro & ex troiano factus Ionius: atq; ita immor-
 talis, ut se fuisse Euphorbum non esset oblitus. Mea
 igitur sapientiæ progenitorē quis fuerit enarraui: q;
 q; ipse horū inuentor nō fuerim: sed ab alijs uelut he-
 reditatem acceperim satis ostēdi. Atq; ego delitijs de-
 ditos homines in iudicium nunq̄ uocaui propter phe-
 nissas aues: aut a Phaside meoniaue deuectas: quas con-
 uiuiorum gratia pinguefaciunt ij: qui omnia uētri in-
 dulgent, nec accusaui quemq; piscium causa: quos ma-
 iore precio emunt pleriq;: q̄ copadias quondam emere
 prestantes uiri consueuerunt. Nec sindonem, aut pur-
 pureas pamphiliaq; uestes cuiquam inuideo. Aspho-
 deli autem o, dij immortales & terrestrium fructuū,
 atq; olerum esus in me accusatur: nec uestis mea a fu-
 ribus tuta est: sed ipsa quoq; uelut incantatoribus ni-
 mis ornata spoliare me nititur accusator. Verū enim
 uero si quis animati et inanimati rationem auferat,
 ob quæ purus quis aut impurus uideri potest: quid in
 se preclarius habet lintea quā lanea uestis. Hæc enim

OCTAVVS.

ex animali mansuetissimo nata est: circa quod etiam
 dij laborauerunt: quando quidem pastores esse nō sunt
 dedignati. Et certe aurea specie quandoq; dignam la-
 nam putauere siue dei: siue fabulæ aureum uellus alio
 cubi fuisse dicentes. Linum uero seritur utcumq; eue-
 nit: auri uero circa illud nullus est sermo: sed quoniā
 ab inaiato decerpitur: purū qdē Indis: purū etiā Egs-
 ptijs eē uidetur. Et ppter ea Pythagoræ prius, deinde
 etiā mihi hoc ipsum in uestem assumptū est: quā con-
 uenire nobis putauimus. tam disputantibus: quam orā-
 tibus siue sacrificantibus. Purum quoq; arbitrati su-
 mus in lintea ueste pernoctare: nam somnia manifes-
 stiores significationes ostendunt his: qui sicut ego ui-
 uunt. Afferemus Et excusationem de ea coma: quam
 olim gestare consueui. Vocet autem in iudicium egs-
 ptius non me. sed flauos comptosq; adolentes: qui
 amatores aut amicos urunt: quarum gratia comas nu-
 triunt. Et ipsi quidem beati putentur, Et amabiles p-
 pter comam et quod ab ipsa distillat unguentum. Me-
 nāq; ab omni onere abstinere delectat, Et hoc ipsum
 amo nihil amare. Dicere autem accusatoribus pos-
 sum: o infelices ne calumniemini doricorum inuen-
 ta: nam comarum nutritio a Lacedemonijs eo tem-
 pore orta est: quando habiti sunt bellicosissimi: spar-
 tanorum Rex leonidas fortitudinis causa comam ges-
 tabat: q; amicis modestiorem: hostibus uero terri-
 biliorem ppter ipam uideri se arbitrabatur. Hinc et
 spartani omnes nutrire comam cæpere. q; non minus
 hūc regē q; lycurgū: aut Iphytū ueneraretur. Idcirco

a sapientis uiri crinibus procul aberit ferrum: quod il-
 luc ad mouere nō decet: ubi sensuum omnium fons est:
 unde uisiones omnes: unde omnes preces & sapientiæ
 interpret sermo nascatur. Empedocles etiā purpurea
 uitta crines circūdatus græcorum compita perambus
 labat: hymnos componens: quos diuinus afflatus eius
 menti inspirabat. Ego autem neglecta coma utēs nec
 adhuc ullis hymnis in eius honorem compositis in iu-
 diciū accusatus adducor. Sed quid Empedoclem cō-
 memorare opus est, cui uel sua quadam felicitate: uel
 eorum qui tūc erant hominum bonitate licebat in li-
 bertate degere: nec ullam pro talibus rebus calumniā
 timere. Sed iam plura de crinibus dicere omittamus:
 qui iam abscissi sunt: ita ut accusationem inuidia pre-
 uenerit: quapropter alterius criminis defensionem af-
 ferre oportet. Est autem crimē profecto grauissimū:
 & quod non tibi solum o rex. Verum etiam ipsi Ioui
 terrorem possit afferre. Dicit enim accusator homi-
 nes opinari me deum esse: idq; etiā nonnullos mei quo-
 dam stupore attonitos palam predicare, quod ante iu-
 diciū fiendum demonstrare oportuit: quid ego dis-
 putans: quidue dicens: aut quod miraculum faciēs ho-
 mines ad me adorādū compulerim. Non enim ex quo:
 aut in quem mutauerim: aut mutatus fuerim, apud
 græcos unquam disputauī: quamuis scirem tales opi-
 niones de me forsitan apud quosdam esse, neq; respon-
 sa aut oracula unquam edidi: qualia canere nonnum-
 quam solent: qui diuino numine abundant: neq; ciui-
 tatem aliquam noui: ubi congregati in unum ciues de

OCTAVVS.

creuerint Apollonio sacrificare: quāuis de multis bene meruerim: in his in quibus mea opera egerunt: petierunt enim non ægrotare qui ægrotabant: alij ut sanctius iniciarentur. sanctius sacrificarent postularunt: quidam uero ut iniurias prohiberem & leges confirmarem. Horum autem mihi præmium erat: ut illi seipsis meliores euaderēt. In his autem omnibus tibi sum gratificatus: sicut eim bouum curatores dum pudent, ne quid illis aduersi contingat, bouum dominis gratificantur, et gregum pastores oues pinguefaciunt propter possidentium utilitatem: & morbos ab apibus arcent earum curatores ne domino examen pereat. Similiter ego ciuitatum uicia corrigēs tibi ciuitates direxi, etiam si me deum ciues putauissent tibi lucro futurus esset illorum error, quo enim promptius & libentius me audissent eo magis timerēt, ijs aduersari: quæ mihi quasi deo uiderentur. Verum ipsi de me nihil tale opinabantur: Quod autem sit hominibus cum deo quædam affinitas: per quam solum in omnibus animalibus deum cognoscit, & de propria natura philosophatur, & diuinæ uocis est particeps formaque: ut aiunt: Deo similis est: sicut pingendi: fingendiq; ars nobis ostendit: quodq; a deo uirtutes hominibus prouenire creditur: et illarum participes homines dijs proximos opinabamur, horum inquam omnium, non Athenienses esse dicemus auctores, quāquā illi iustorum & olympiorum: & huiusmodi cognominum primi impositores extiterunt: quæ diuiniora fortasse uidentur: quam ut omnibus conueniant: sed

LIBER.

Apollinem pythium inuentorem comperimus. Venit enim in eius templum Spartanus Lycurgus: qui nuperrime leges tulerat, quibus Lacedemoniorum est cōstituta res. P. hunc igitur cum salutaret Apollo in principio statim orationis. quid de illo sentiret ostendit dicens dubitare, se utrum hominem an deum appellari illum oporteat. Procedens autem eius oratio sententiam suam declarat: cum sibi diuinum cognomen manifeste decernit, tanquā uiro bono atq; omnium uirtute perfecto. Neq; tamen ob illud controuersia: aut periculum ullum a Lacedemonijs lycurgo cōrigit: aut opinio quod esset immortalis futurus, quāuis ipse tali ab oraculo denominatus cognomine non obstupisset: sed oraculo assensere lacedemonij: cū etiam ante oraculum sibimet id ipsum psuasissent. Neq; uero indorū aut egyptiorū instituta referre necessarium arbitror Egyptij nāq; opiniones Indorū in multis calumniantur: sermonē uero, quem illi de deo, omniū rerum opifice afferunt, adeo laudant: ut alios etiā eundem edocuerint: quāuis ab indis originem sumpserit. Est autem Indorum ratio talis. Generationis & substantiæ rerum omnium Deum opificem esse sciendum est. quod autem ipse talia producere cogitauerit causa est bonitas eius: quoniam igitur cognata sunt hæc: rationem ita cōcludo: ut asseram uiros bonos dei particulā quādam habere. Mūdum autē qui opifici deo adiacet, omnia: quæ in cælo terraq; & mari sunt extimare debemus, cuius etiam homines præter fortunæ rōnem sunt participes. Est autem in bono uiro mūdus quidam pa

tientiæ mensuram non excedens: quæ tu etiã o Rex fa-
 teberis indigere, uiro. cui deo sit similis. Verum huius
 mundi figurã inordinatæ animæ furiosius attingen-
 tes omnia perturbant. & uarias leges sibiipsis fingē-
 tes temperantiam minime seruant: quapropter deos
 meritis honoribus non uenerantur: & garrulam lo-
 quacitatem, & uiuendi delitias sectantur, ex quibus
 ocium nascitur cuiuslibet operis peruersus consiliari-
 us: animæ autem quasi ebrîæ factæ ad multa nefanda
 profiliunt: nec illarum compescere lasciuiam aliquid
 potest, etiam si omnes potiones ebibant: quæcunq; ue-
 lut mandragora somno inducendo putantur accomo-
 data, sed uiro opus est, qui gubernet eum: quem circa
 ipsas diximus esse mundum. Hunc autem a sapientia
 quasi deum factum esse oportet: is itaq; sufficiens erit
 ab amoribus reuocare: ad quos impetuosis feruntur:
 quam cõmunis consuetudo patiat. ab avaritia quo-
 que deterrebit ob quam satis se habere nunquam di-
 cunt: & affluentibus diuitijs os nunquam occludūt,
 cohibere autem ne se cedibus inquinent: tali uiro fors-
 sitan impossibile non erit: purgare autem ab ipsis at-
 que expiare. neq; mihi impossibile est, nec omnium
 rerum opifici deo. Est autem in accusatione posita
 o Rex Ephesus a peste liberata: in quo uelim ita me in-
 dicet egyptius sicut accusationi conuenit. Est enim
 accusatio ferme talis quædam. Apud Celtas: aut
 Scythas fluuiorum Histri seu Rheni Accolas Ci-
 uitas quædam posita est: Nihil minor Epheso:

quæ est in Ionia, hanc barbarorum receptaculum. &
 hominum imperio tuo non obtemperantium pestis in-
 uasit. Liberauit autem Apollonius. Est autem sapien-
 ti uiro talis etiam accusationis defensio quædam si di-
 xerit regem suos hostes non peste: sed armis uelle dele-
 re: quâquam, nec abs te Rex: nec a me sit usquâ ciuitas
 ulla deleta: neq; te exoptare puto ciuitati cuiquam pe-
 stem ob quâ uideas egrotos ante templa expositos ia-
 cere: Sed utcûq; sit omittatur quæ barbaros attinent:
 nec illis remedia curemus afferre dū immanes & ipla-
 cabiles sint, & nostro generi inimicissimi: Ephesum
 uero quis negabit liberari oportuisse: quæ generis pri-
 cipium ab Attica purissima ducês, supra omês Ioniæ
 Lydiæue ciuitates adaucta est: prominet autem mari:
 quod terram ambit: in qua ipsa posita est. abundat au-
 tem bonarum artium studijs & philosophis: oratori-
 busq; redundat: ut uere dici possit eam ciuitatem nō
 equitū robore: sed clariorū hominum milibus cæteras
 superare: & in ea plurimum uigere sapientiã. Quis
 igitur pro talis urbis salute discrimen quodcûq; subis-
 re non auderet: presertim cum animaduernerit Demo-
 critū abderitas quondam a peste liberaffe: & atheniẽ
 sem Sophoclem meminere: q̄ uentos demisiffe fertur
 non oportuno tẽpore regionem p̄santes, aut illa au-
 dierit: quæ de Empedocle p̄dicantur: q̄ nebulae i Aca-
 gantinos diffusæ medietatẽ comescuit. Verū hoc lo-
 co me urget accusator. Audisti enim o Rex quandoq;
 dicentem: q̄ non propterea me accusat quia salutem
 Ephesuis attulerim: sed quia pestem ipsos inuasuram eẽ

pre dixerim. Hoc enim admirabile quid esse & omni
 um excedere sapiētiam dicit: adeo ut nisi incantator
 eēm: præcipuus, huc attingere ueritatis nō potuerim.
 Quid igitur hoc loco Socrates dicet de his: quæ a des
 mone prediscere se dicebat? Quid Tones duo thales:
 & Anaxagoras: quorum ille quidem olearum abun
 dantiam: alter cœlestium portentorū multa predixit
 num incantationibus eos talia præscisse dicemus. Ves
 rum enim uero ij quos diximus ob crimina in iudiciū
 a calumniatoribus uocati fuerunt. nusquam tamen
 in accusationibus dictum reperitur incantatores ip
 sos esse. Ridiculum enim id esse uidebatur: & ne
 in Thessalia quidem credibile: ut a sapientibus uiris
 tale aliquid diceretur: quāuis illic mulierculis dicant
 probro dari: quod Lunam e Cœlo detraxerint. Vnde
 igitur Ephesiorum incommoda presensisti? dicet quis
 piam. Huius autem rei facilis & in promptu est ex
 cusatio: cum ex accusatore nuper o rex audieris: quod
 non eodem cum alijs uictu utar & me paulo ante di
 cere animaduertisti. quam leuibus: quāq; tenuibus ci
 barijs uescerer: quæ mihi longe sunt iocundiora: quā
 lautæ et apparatussiimæ aliorū dapes. Hoc igitur o rex
 admirabilem quandam & arcanam perspicacitatem
 sensibus tribuit: nec turbidum quicquam aut obscurū
 circa ipsos manere patitur. facitq; ut tanquam in spe
 culi claritate cuncta perspiciam tam facta, quā etiam
 futura. Neque enim expectat sapiens euaporantē ter
 ram: aut aerem corruptum: aut graue aliquid desuper
 adueniens respiciens: sed hæc omnia intelligit. quāuis

LIBER.

adhuc in foribus: ut aiunt existentia: posterius certe
 quã dij, citius tamen: quã pleriq; hominum: dei nanq;
 futura: homines uero dum fiunt, sapientes uero cum
 accedunt aliqua sentiunt. Pestis autem causas o Rex
 si forte scire uolueris seorsum interrogabis. Sunt eni
 sapietie profundioris: quã ut proferri in uulgus me-
 reantur. Hæc autem uictus frugalitas et sobrietas: nõ
 modo sensuum perspicacitatem gignit: sed uim quan-
 dam ad res maximas percipiendas. Videre autem quã
 dico licet: cum ex alijs multis: Tum ex his quæ Ephesi
 circa iminentem morbum, & morbi speciem agnos-
 scendam peregi. Mendico nanq; seni simile erat mon-
 strum illud, id autem ego uidi: & uidens patefeci: ne-
 q; sed aui morbum: sed funditus abstuli. Quem uero
 deorum ut opem afferret sim precatus declarat, tem-
 plum Ephesi huius rei gratia, auersori Herculi dedica-
 tum. Ipsum nanq; auxiliatorem elegi: qui cum fortis
 esset ac sapiens Helidem quandoq; morbo liberauerat
 euaporationes obstruens quæ a terra proveniebant.
 Quis igitur incantationum amator tibi uisus est un-
 quam qui deo tribuat: quod ipse fecerit: aut quæ artis
 miracula quærit is? qui si quid admirabile factum sit
 a deo fatetur processisse. Quis autem icantator Her-
 culem inuocasset? Talia nanq; infelices homines sa-
 cra in terra baratris faciunt: & terrestribus Dijs sa-
 crificat in quorum numero Herculem poneret nemo
 Fuit enim purus, & hominum generi beniuolus. E un-
 dem quoq; & in Peloponeso sum precatus: ubi penes
 Chorointhum lamia obuersabatnr formosiores adole-

scentulos deuorans: Ego tamen certamen suscepi: non
 magna admirandaue munera poscens, sed placentas
 dūtaxat atq; thura: cum id omnium maxime expeterē
 ut bonum aliquod pro salute hominum operarer. Il-
 lud enim iuxta Euristei sentētiam, maximum premis-
 um laborum eē censebam. Nec enim moleste feras ues-
 lim o Rex de rebus Herculis aliquid audire. Pallas
 enim de ipso curam habebat. quoniā benignus: & ho-
 minibus salutaris habitus est. Sed quoniam me iubes
 de sacrificio defensionem asserre: quod etiam manu
 significasti: ueramq; defensionem audi. Ego cum om-
 nia pro uirorum, quos dico salute fecerim. nunquam
 tamen pro ipsis sacrificauī: neq; sacrificarem omni-
 no: aut tēplum attigerem: ubi sanguinē effusum aspe-
 xerim, nec unq̄ sum deos precatus cultrum respiciens
 aut tale aliquid sacrificium: quale mihi obicit accu-
 sator. Non enim Scytham me putaueris o Rex, nec ex
 aliqua patria natum extra commune hominum con-
 sortium posita. Neque cum Massagetis: aut Tauricis
 unquā sum uersatus: ut eorum sacrificandi mores as-
 sumpserim. Nec etiam a deo sum demēs: ut cum multa
 de uaticinandi facultate disputauerim: & quid ipsa
 possit: aut nō possit differuerim: atq; idē ipse optime
 oīum hominum sciam deos imortales consilia sua san-
 ctis & sapientibus uatibus aperire: Ego cedes et uisce-
 ra in sacris attractare auderem? presertim cum nunq̄
 antea sanguine consueuerim sacrificare: neq; dijs gra-
 tū id esse putaueri. In qbus ēt Demonis uox me deses

LIBER.

ruiſſet. quod impurus eſſem atque pollutus. At uero ſi
 quis ſacrificij odio ſublato accuſatorem interroget ea,
 quæ de me paulo ante dixit comperiet, ipſum ſuiſmet
 uerbis tali crimine me abſoluere. Quem enim nullo
 peracto ſacrificio dixit futuram peſtem Ephēſiſ præ
 dixiſſe: quid illi iugulatione ulla opus erat ad ea præ
 noſcenda: quæ fabulando etiam ſine ſacrificio præno
 ſcere poteram? aut quid omnino uaticinio indigebam
 pro hiſ: quæ mihi ipſi iam pridem atq; alijs perſuaſe
 ram. Si enim propter Neruam & eius familiares ac
 cuſor: ruruſus eadem dicam: quæ alias dixi, cum de tali
 bus interrogabar. Ego Neruam omni imperio omniq;
 laude dignum iudico: poſſe autem eū multis curis ne
 gocijſue animum intendere nequaquam puto. corpus
 enim morbo diſſolutum: mentem quoq; angoris ple
 nam reddit: ita ut quæ domi ſunt agenda curare non
 poſſit. Te autem & a corpore & a mente laudat: et
 iure quidem ut opinor: quāquā promptior eſt huma
 na natura ad ea laudanda: quæ efficere ipſa nō poſteſt.
 Eſt autem mihi uehementer affectus optimus Nerua:
 neq; coram me ridentem illum unquam uidi. Nec ulla
 tenus ludentem, ſicut inter amicos fieri conſueuit:
 ſed mecum uelut adoleſcentuli cum parentibus præ
 ceptoribuſue, cum pudore quodam & reuerentia lo
 quens erubeſcit. Cūq; ſciat honeſtatem probitatēq; a
 me præter cætera laudari tā exacte in utraq; ſeſe exer
 cet, ut ſupra modū humilis eē mihi uideatur. Quō igitur
 tur credibile cuiq; uidebitur Neruā impiū affectare

OCTAVVS.

qui bene secum agi putaret, si domum suam gubernas
 re posset. Aut quis mecum res magnas communicare
 arbitrabitur eum: qui & de paruis mecum loqui non
 audeat. Vel quis unquam extimaret ipsum tentare. ut
 his rebus mentem meam commoueat quibus nec aliū
 quenq̄ si de me cogitaret mouere niteretur: aut quo
 modo ego sapiens homini assentirer: ne uaticinijs fi
 dem adhiberem: sapientiæ autem non crederem? Orsi
 tum autem ac Rufum uiros iustos ac temperatos ad
 res autem agendas segniores ut percepi, si quis impe
 rium occupaturos calumniaretur nescio an magis q̄
 in Nerua aberret. Sin consultores suasoresq; Neruæ fu
 isse ad occupandum imperium quispiam dixerit cogi
 tare secum debet: quid mihi uolens adiuerim eos qui
 res nouas moliri tentarent. Nunquam enim pecunias
 me ab illis accepisse: aut muneribus correptum talia
 fecisse quisquam criminabitur. Videamus autē utrū
 magna quedam premia ab illis expectans eorum bene
 ficia in id tempus distulerim: quo illi se potituros im
 perio arbitrabātur: tunc enim magna ab illis petere:
 & maiora etiam consequi potuissem. Quomodo igitur
 ostendes unquam tale me fuisse meditatū. Re
 miniscere o Rex te ipsum, & qui ante te imperatores
 fuerunt fratrem uidelicet tuum atq; patrem: & præ
 ter hos Neronem etiam, sub his enim precipue impe
 ratoribus in aperto uixi cum antea ad Indos peregrini
 natus essem: His igitur triginta & octo annis: (tan
 tum enim qd̄ dixi spacium fuit) ad regias fores nunq̄
 accessi: præterquam in Egipto; ubi cum patre tuo

LIBER

sum uersatus: quāquam ipse tunc Rex adhuc non erat
 & mei conueniendi causa illuc se uenisse fatebatur.
 Nec illiberale quicquam cum regibus sum locutus: nisi
 si populorum causa: qui regum dictioni suberant.
 Nec unquam ob epistolas sum gloriatus: quas aut
 mihi reges: aut ego regibus scripserim: nec mune-
 rum causa regibus adulatus a meipso, aut grauitas
 te mea discessi. Si igitur pauperes diuitesq; confide-
 rans me interrogos utris eorum me connumerem ino-
 ter ditissimos pculdubio me adscribam: nullis enim
 rebus indigere pluris facio: quam Lydiae pastolique di-
 uitias omnes. Quomodo igitur nondum regnan-
 tium dona in id tempus distuliffem: quo ipsos regna-
 tuos esse putarem: qui nec a uobis accipere quicquā
 uolui: quibus firmum stabileq; imperium eē animad-
 uerto: aut quomodo regni permutationes meditarer:
 qui constitutum imperium non magnifacio. Verun-
 tamen omnia quae contingere possunt Philosopho:
 qui potentioribus aduletur in Eufrate manifeste cō-
 spicio: hic enim sibi diuitias parauit: quid autem di-
 uitias dixi, immo uero fontes diuitiarum: iam enim
 inter feneratorum mensas nūcupatur caupo questua-
 rius fenerator publicanus nummularius. & ad om-
 nia uenalia, & precio comparabilia se conuertit, po-
 tentiorumq; foribus magis est affixus: quam proprij
 earundem ianitores: expellitur etiam inde plerumq;
 non secus ac gulosi canes depelli solent. Philosopho
 autem ne drachmam quidem impartit. Cumq; su-
 as diuitias quo ad cæteros obstrusas habeat hunc ta-

men unum egyptiū pecunijs pascit: ut in me linguam amputari dignissimam acuat. Eufratē igitur tibi in dicandum relinquo: nisi enim adulatoribus ualde fa ues, inuenies hominem longe deteriorem: quam a me sit narratum. Tu uero quod reliquum est accu sationis ex me audi: ut de quibus accuser intelligas. Auditus est quidam o Rex in media accusatione fletus, Archadis pueri: quem me noctu in partes con cidisse dicunt: an uero somnium aliquod hoc fuerit non satis scio. Narrant autem hunc puerum hones tis parentibus ortum fuisse: forma uero qua squa lidi & macilenti, Archades pulchri putantur. Hunc aiunt supplicansem plorantemq; a me fuisse iu gulatum deinde sanguine pueri me conspersum pro ueritate agnoscenda dijs uota fecisse: & mei quidem hactenus protenditur accusatio. Nam quod reliquum est ad ipsos deos spectare uidetur: aiunt enim illos me ita precantem exaudisse: ut de cælo signa mihi dederint præclara: ac si nihil impium ob eiusmodi cedem perpetrassem. Quam fedum igitur impurum q; sit o Rex de talibus audire dicereue non me latet: attamen huius criminis est afferenda defensio. Pri mum igitur ex te quero accusator, quisnam is Ar chas puer fuerit: si parentibus non obscuris, & for ma ut ais non seruili fuit congruum fuerat te intero rogasse, quodnam parentibus eius nomen: quæ fa milia natus, & in qua Archadiæ ciuitate fuerit eo ducatus: & quibus ab altaribus ad sacrificium huc deductus fuerat. horum autē nihil abs te profertur:

LIBER

quamuis in mentiendosis uehementissimus. Pro seruo igitur aliquo in iudicium uocor: cuius enim nec nomen habetur: nec quibus sit ortus parentibus constat: nec in qua ciuitate natus aut educatus esset inueniebatur: cuius præterea nullus extat heres: nonne hunc seruorum loco habendum omnes putarent. illi enim innominati sunt: quæ si seruū fuisse fateberis: dicas rursus oportet: quis eum mango adduxerit: quis illum Archas emerit. Si enim genus hoc puerorum uaticinationibus est accomodatum: multis pecunijs emptum fuisse credendum est. Præterea necesse fuit aliquē in Peloponesum nauigasse: ut illinc Puerum Archadem nobis abduceret. Póricos enim aut Lydios seruos, aut Phrigios gregatim huc aduectos inuenire licet: hæc uero gentes, & ceteri Barbari semper alijs obedire consueti nequaquam turpem existimant seruitutem. Phrygibus autem familiare est proprios etiam filios uendere: & si captiui in seruitutem ducantur, ne ad eos quidem respiciendos sese conuertunt. Græci autem libertatis amatores adhuc sunt, nec græcus quisquam citra mortem in seruitutem uenditus est. Quapropter nec seruorum predonibus, nec eorundem mercatoribus apud ipsos locus permittitur. Hoc autem in Archadia magis contigit. Ipsi enim non solum in libertate degunt omnes: sed multitudine ingenti seruorum egent. Est enim Archadiæ magna pars siluestris: nec montes solum: uerum etiam campestria loca egent igitur multis agricolis: multis caprarum: ouium: armentorumque pastoribus: qui partim boues partim equos

curent. lignatoribus in super quam plurimis indiget
 regio atq; in his a pueritia exercentur. Quod si Archades
 ita non essent: sed ut ceteri seruos suos lucranda
 causa uenderent: quos tam uulgatum sacrificium
 audiuisset ex Archadia esse qui iugulandus erat. Non
 enim ceteris græcis sapientiores sunt Archades: ut ali-
 quid plus quam alij in extis ostendant: immo uero
 rudes sunt: atq; agrestes & suis similes, cum ob
 alia multa, tum q̄ arborum fructibus ut plurimum
 turgent. Sed uereor ne defensione artificiosa nimium
 uidear uti: qui mores Archadum exprimens in Pelopon-
 nesum oratione migrauerim, cum abunde sufficiens
 mihiq; accommodatior defensio fuisset huiusmodi.
 Ego nunquam sacrificij causa quicquam mactaui: aut
 mactato. neq; sanguinem tango, etiam si in altari sit
 positus. Hoc enim modo Pythagoras sensit: & ceteri
 qui eum secuti sunt. Id ipsum etiam qui in Egypto
 sunt gymnosophistæ, & Indorum sapientes: a quibus
 eius quam Pythagoras est secutus sapientiæ prin-
 cipia manarunt. Qui autem secundum hæc instituta
 sacrificant nulla a dijs iniuria afficiuntur, sed eos
 senescere dij permittunt, & rectis sanisq; corporibus
 uti: semperq; fieri sapientiores, nec Tyranni un-
 quam euadunt, nec rebus ullis indigent. Nec absur-
 dum profecto uidetur illos a dijs immortalibus bona
 impetrare: qui pure mundeq; idem. quod ego de sa-
 crificijs sentire dei uidentur: qui thuriferam terram
 in parte mundi purissima constituerunt: ut uel illinc

LIBER

sacrificiorum materiam capiamus: nec ferrum tem-
 plis inferamus: aut aras sanguine maculemus. Ego
 autem ut accusatori uideatur deorum oblitus ita sa-
 crificauit, sicut nec alias unquam sacrificare consue-
 ui, nec hominum quisquam omnino sacrificat. Sed
 hoc me crimine facile tempus absoluit: quo a me fa-
 cta hæc fuisse dicit accusator. Eo nanq; die quo a me
 factū id fuisse calūniatur: si in agro fui sacrificauit se
 uero sacrificauit, etiā comedi. Soles autē o Rex me inter-
 rogare an eo tēpore Romæ fuerim, quod profecto non
 inficior: & te quoq; tunc Romæ fuisse dico: non ta-
 men talia te sacrificasse diceres: nec etiam ipse ca-
 lumniator dicere auderet. Non enim sequitur homi-
 cidium fecisse aliquem propterea q̄ Romæ fuerit uer-
 satus: multa nanq; milia hominum tunc Romæ fue-
 runt: quibus exulare multo melius est: quam capitis
 iudicio subijci: propter hanc unam dumtaxat conie-
 cturam, q̄ tūc Romæ fuerint. Quinimo hoc ipsum q̄
 Romam uenerim suspicionem omnem criminis uide-
 tur auferre: q̄q; res nouas moliri non tentauerim.
 Quis enim talis criminis conscius uellet in ciuitate
 uiuere: ubi omnes oculi: innumerabiles exploratores
 & non modo eorum: quæ sunt: sed eorum etiam,
 quæ non sunt indagatores acerrimi non sinunt quem-
 quam res nouas meditari: nisi qui forte mortis ni-
 mium cupidus fuerit: cauti enim temperatq; uiri
 tardius etiam ad illa deducuntur: quæ facere sibi li-
 cet. Quid igitur inquiet calumniator ea nocte egi-

sti? q̄ si me quasi seipsum interrogat: dicam me con-
 trouersias accusationesq; cōtra bonos uiros parasse:
 ut etiam nihil iniuste agentes perderem: idq; regi per-
 suaderem nihil ueritatis ad eum loquens: ut ego ab
 ipso prober: alius autem in suspicionem adducatur.
 Sin tanquam philosophum interrogat Democriti ri-
 sum laudabam quo in res omnes humanas utebatur:
 q̄ si re uera ex me responsum querit: ut sese res habus-
 it enarrabo. Filiscus meliensis: qui mecū annos quat-
 tuor philosophatus fuerat, tunc egrotabat, proptes-
 rea apud ipsum pernoctabam: tam grauititer enim
 laborabat: ut non multo post ex tali morbo interies-
 rit: quāuis pro eius incolumitate multa sim precatus.
 & certe quicumq; sunt ab Orpheo cantus p̄ mortuis
 compositi eos me fateor nō ignorare, quin etiam sub
 terram eius causa p̄fectus essem, si quis ad ea loca pas-
 teret accessus, adeo me sibi charitate deuinxerat ob il-
 la que ex animi mei sententia et ex philosophiæ pre-
 ceptis fuerat opatus. Hoc ipsum o Rex audire ex The-
 lesino potes: nam & ipse Filisco inserviens, ea nocte
 nobiscum permansit. Quod si Thelesino minus adhi-
 bes fidei: quoniam ipse inter philosophantes nume-
 ratur medicos ipsos testes adducam. Sunt autem Se-
 leucus Cyzicenus: & Stratocles Sydonius: ex his an-
 uera dicā perquire. sequebantur autem quos dixi me-
 dicos discipuli circiter triginta: q̄ huius rei testimo-
 niū afferre possunt: q̄ si Filisci p̄pinquos ad testimo-
 niū reddendū uocari dicerē clamaret accusator iudici-
 dilationem a me queri. Nā illi cadauer in patriā por-

LIBER

tantes q̄ primum abiere. Vos igitur quos inuocauit testes accedite. Nam afferēdi testimonij causa uobis huc accedere datum est. Quid igitur ueritatis contineat accusatio horum testimonia declarant; non enim in suburbano: sed in urbe: non extra muros: sed domi: nō pro Nerua sed pro Filisco.: non iugulans: sed pro uita precans: non pro regno, sed pro Philosophia: non aduersus te res nouas moliens: sed hominem mihi similem seruare nitens eo tempore sum inuentus. Quid igitur hic puer Archas? quid de iugulatione fabulae afferuntur? quid talia persuadere tentat? sic enim nō minus quod factum est nunq̄. quam quod ē factum in iudicium trahetur: huius autem sacrificij incredibilitatem ubi collocabis o Rex? Fuerunt enim Priscis temporibus uates permulti: qui peractis cædibus uaticinabantur: quiq; in arte sua peritissimi & digni memoria sunt habiti. Ceu Megistias, Acarnan, Aristander Lycius, Silanus Ambraciota. Sacrificabant autem et uaticinabatur Acarnan quidem leonide Spartano regi, Lycius autem Alexandro macedoni, Silanus uero Cyro: qui regnum affectabat. Hi si quid hominum exitis manifestius, aut sapientius aut promptius insidere putassent: tali sacrificio uti facillime poterant: cū ipsi apud reges uersarentur: qui captiuos multos & seruos complures habebant: nullum autem iudicij periculum. nullusq; metus accusationis impendebat, si aliquem occidissent. Sed eadem quæ mihi talibus uiris opinio inerat: q̄ ratione carentia animalia consentaneum est cum indiscrimen mortis deducuntur, nihil

109

OCTAVVS

omnino turbare intestina, cum quid passura sunt nō intelligant. Homo autem si nondum instante morte timorem eius animo conceperit, uehementius perturbatur. Quomodo igitur cōsentaneum est ipsa presentē atque ante oculos posita posse per exta uaticinium ostendere: aut aliquid omnino suo ordine dispositum habere. Quod autem uere, & secundum naturam talia exquisierim hoc modo considerari potest. Epar, in quo uaticinij sedem esse dicunt eius artis periti, ex nō puro sanguine constat, totum enim sincerum, purumq; sanguinem cōtinet cor, eumq; per uenas in uniuersum corpus diffundit. Choleram autem in epate iacētē iracundia excitat: timor autem in concauas epatis partes eandem subducit: quod si quis ipsam irritauerit adeo efferuet: ut suo uase contineri impotens supino epati superfundatur atq; ita partes omnes epatis occupet, quæ antea politæ erant, & aliquid portendere idoneæ, in animalibus uero, quæ timore terrestunt subsidens cholera simul contrahit quicquid lenibus epatis partibus luminis inerat. Tunc enim introrsum cedit purioris sanguinis pars: qua epar illustrabatur, cum natura pelliculam, quæ circa ipsum ē pre-tendat, & qui turbulentus inest sanguis supernatet. Quid igitur hominis iugulatione opus est. O rex, si nihil ueri portendere potest eiusmodi sacrificium: quod autem nihil portendere possit ab humana natura prouenit: quæ imminentem mortem agnoscit: ipse etiam qui morituri sunt uarietatem plurimam intestinis afferunt: qui enim animosiores sunt, cum qua

dam iracundia moriuntur: qui uero molliores sunt cum timore: hinc est quod ars huiusmodi apud imperitos, etiam Barbaros hedos aut agnos mactari laudat, quoniam amentia sunt eiusmodi animalia, nec multum ab insensatis distantia. Gallos autem gallinaceos, et sues ac tauros quoniam animo abundant, suis archanis non admittunt. Animaduerto autem o rex accusator a me irritari: quoniam te sapientiore efficio, uiderisque libenter orationi meae aures praebere: quod si quid horum obscurius a me dictum uidetur concedo tibi ut arbitratus tuo me interroges. Ego enim ad ea quae mihi ab accusatore obiecta fuerunt satis iam dixisse uideor, et quoniam Eufraatis calumnias contemnere decet: tu Rex iam iudicare potes, uter nostrum uerius philosophetur: ipse enim de me falsa dicere laborat: at ego falsum dicere indignor: ipse tibi gladium contra me dedit: ego contra eum mime. Sed pro quibus ipse me calumniatur, sermões sunt: quos in Ionia sum loquutus, ipse enim contra te dixisse me talia calumniatur. Ego autem de fatiis tunc, et necessitate loquens regum ac principum afferebam exempla, quia res uestrae in omnium hominum oculis maxime uersantur. Et de fatorum uel philosophatus dixi illorum legem adeo imutabilem esse ut si cui alienum regnum aut imperium fata decreuerint: isque ob suspicionem ab eo qui regnum tenet interficiatur fore: ut mortuus etiam suscitetur ab inferis: quo fatorum decreta effectum sortiuntur, inuat autem excessu quodam orationis uti propter eos: qui probabilibus rationibus assentiri nolunt. Dicebam quoque si cui fata destinare

rint: ut faber lignarius euaderet: is uero manus ampu-
 taret fore, nihilominus: ut sit faber. Eodem etiam mo-
 do si cui in olympijs currendi uictoria a fatis decreta
 sit: hunc etiam si crux perfregerit uictoria potiturū,
 & cui in arte sagittandi præstantiam fata aduen-
 rint: is ne si oculos quidē abiecerit a signo aberrabit.
 De rebus autem loquebar ad Acrisium. Laium. Astya-
 gemq; medum, & alios multos respiciens: qui regno
 suo bene cauisse opinabantur, cum alij filios, alij ne-
 potes interfecisse putarentur: a quibus postea regno
 spoliati fuerunt, cum ex abditis fatorum opera in lu-
 cem repente editi essent. Quod si adulationem secta-
 ri uellem: dicerem fata etiam de tuis rebus cogitasse
 quando huc uitellio missus fuisti, Iouisque templum
 in oculis ciuitatis combustum est. Ille autem bene se
 rem habere dixit: si ab ipso non au fugeres: quāquam
 adolescens admodum tunc esses. Sed quoniam fatis
 aliter uisum fuerat: ille quidem interfectus est: tu au-
 tem quæ illius erant, nunc possides. Sed quoniam
 adulatoria harmonia me offendit: quod male sono-
 ra incompactaque uideatur amputabis a me tales cor-
 das: nec existimes uelim de tuis rebus quicquam me
 cogitasse: Sed de fatis tantum necessitateque differu-
 isse: quæ calumniator contra te dicta fuisse crimina-
 tur: quāuis huiusmodi quædam de se dici etiam dij pa-
 tiatur. Nec indignatur Iuppiter poetas audiēs Lycio
 sermone talia dicere. Heu mihi ubi Sarpedon: et alia
 quædam in ipsum decantari: quibus filio se orbatum
 a fatis conqueritur. Et cum alibi inducūt eundē Iouē

LIBER.

animo anxium taliter se consolari: quod Minoë Sara-
 pedonis fratrem mortuum aureo scepro decorauit
 institueritq; inferorum foro ius dicere: ubi fata
 euitare non potuit. Tu igitur Rex, cur eos sermones
 moleste feras? quos dii approbant: quibus omnia pa-
 rent: nec poetas talia dicentes interimunt: Oportet
 enim fata sequi & rerum permutatiões patienter pa-
 ferre, in quo Sophocli credendum est sapienter dicen-
 ti, solis dijs nunquã senescere: ac nunquã mori datum
 est. cætera omnia tempus miscet quod omnia uincit.
 Volubiles enim sunt prosperitates humana, & diu-
 na pene o Rex diuitiarum duratio: & ille meas &
 iste alterius, opes habent, non habet. Talia tecum O
 rex cogitans, siste exilia. siste cedes: et philosophia qua
 cunq; libet utere: hæc enim impassibilis, & uerax exi-
 stens, lachrymas ab omnibus aufert: quæ nunc ut ex
 me audire potes, partim ex mari, partim ex continen-
 ti accedunt, & earum qualibet congruum sibi fetum
 plorat: quæ autem mala hinc oriuntur plura sunt:
 quã ut calumniatorum linguis possint enumerari: &
 cum omnia apud te calumnientur omnibus te calum-
 niabilem reddunt. Talia sunt quæ dicere præmedita-
 tus fuerat Apollonius. In fine autem orationis in-
 ueni: quæ in priore sermone ultimo loco posita fuisse
 retulimus his uerbis. Non me interficies: quoniam ita
 fatis mihi datum est. Postquã autem ex prætorio dis-
 ccessit diuino quodam & inenarabili modo haud
 quaquam sicut pleriq; forsitan putabant commotus
 est Tyrannus. Opinabantur autem alij fore: ut clas-

more sublato inberet satellites uirum persequi pallās
 que per omnes regni partes ediceret, ne quis eum susci
 pere auderet. nec illum usquam, consistere pateretur.
 Ipe autem nihil horum fecit, siue ut opinionem mul
 torum falleret: siue quod agnosceret sibi nihil reliqui
 nihil esse quod aduersum talem uirum sufficeret.
 Vtrum autem illum contempserit ex his quæ mox di
 centur conijcere poterimus: uidebatur enī potius, eius
 discessu fuisse conturbatus, quam eundem neglexisse
 aut contempnisse. Agebatur apud ipsum causa ubi ci
 uitas quædam cum homine priuato de testamēto quo
 dam litigabat. Fugerant autem ipsum non modo li
 tigantium nomina: sed ipsius etiam causæ materia, id
 que præterea facile apparuit quod impertinētia quæ
 dam interrogabat, & multa respondebat, quæ nihil
 omnino ad causam attinerent: quæ omnia arguebant
 ipsum stupefactum hesitare: atque eo magis quo ab as
 sentatoribus audiebat se nihil esse oblitum. Hoc igitur
 modo Tyrannum affectum linquēs apollonius &
 suæ philosophiæ quasi ludum quendam ostēdens om
 nibus Græcis Barbarisq; terribilem ante meridiem e
 pretorio discessit, non multum uero post auroram in
 Dicearchiam Demetrio Damidique apparuit. Hæc
 enim causa fuerat cur Damidi præciperet: ut non ex
 pectata defensionis die Dicearchiam proficisceretur:
 nam quid facere instituisset nō prædicebat: sed quod
 sibi commodissimum esset facere illum iussit. Damis
 uero licet non intellecta causa quæ mandauerat Apol
 lonius exequebatur. Aduenerat autem pridie Damis

LIBER.

Dicearchiam, & quæ ad accusationē ptinebant cum
 Demetrio contulerat: qui tardius q̄ Apollonii audito
 rem deceret credebatur: ea: quæ a Damide dicebatur: ita
 que postridie eadem causa ex Damide rursus quæres
 bat, amboq; deambulabant secus mare: ubi contigisse
 feruntur ea: quæ de Calipsone narrantur in fabulis.
 Diffidebat autem omnino illum unq̄ esse euasurum,
 q̄ omnibus nota esset seuicia Tyranni. Quæ tamen
 præceperat Apollonius propter hoīs uenerationē per
 agebat. Ambulādo autem utriq; iam defessi in tēplo
 nympharum consederunt, ubi quōdam uaticinia quæ
 dam responderi solita fuerant. Est autem templum al
 bo lapide constructum: & in eo fons est aquæ nunq̄
 summa labra fontis excedentis: nec rursus quantacun
 q; illinc aqua exhausta decrescit. De natura igitur
 eius aquæ disputabant non admodum studiose p̄pter
 merorem: quem ex Apollonii absentia conceperant:
 Itaq; sæpius orationem reuocabat, ad ea quæ ante iu
 dicium facta fuerāt. Cum igitur ingemisceret Damis
 et lachrymans talia diceret. O dii nunq̄ ne uidebimus
 probum & honestum amicū? Apollonius: qui & ip̄e
 superueniens ad Nympharum templum accesserat: ui
 debitis inquit: uel potius iam uidetis. Videntem an
 inquit Demetrius an mortuū? nunquā enim te clamā
 do uocare cessauimus. Portēdens itaq; manum Apol
 lonius cape me inquit: & si manus tuas effugero ido
 lum me esse arbitrator excede noua huc aduenientē,
 quale terrestres dii ostendere plerumq; solent homini
 bus: q̄ merori nimis indulget. Sinuero tāgenti resistā

192
 psuadeto tibi atq; huic etiam Damidi me adhuc uiue
 re: neq; corpus deposuisse: quibus uerbis effecit: ut am
 plius illi nihil dubitarent. Assurgētes igitur, atq; illū
 complexi: cum salutauissent quo pacto erga defensio=
 nem sese res habuisset interrogabāt. Demetrius enim
 nulla peracta defensione: & omnino indicta causa in=
 terfectum eum fuisse opinabatur. Damis autem pero
 ratam quidem ab eo causam: sed breuius forsitan quā
 cōstituisset arbitrabatur: neq; enī existimabat ea die,
 tam multa ab eo diu dici potuisse. Quibus respondēs
 Apollonius. Ego me iquit in iudicio defendi: et aduer
 sarium uici: & hoc ipso die me defendens orauit: &
 sermonē a diei ferme principio in meridiem usq; pro
 traxi dicēdo. Quomodo igitur inquit Demetrius tā
 longū iter breui diei pte peregisti? Cui Apollonius, si
 ne Ariete inquit, & alis cera conglutinatis estimare
 potes deū quēdam huic trāsmissioni prāstitisse auxi
 liū. Ego uero inquit Demetrius opibus sermonibusq;
 tuis omnibus deum aliquē interesse non dubito, cuius
 auxilio prospere succedunt, & bene habent res tuæ.
 Rogo autem ut nobis dicas, quæ in accusatione conti
 nebantur: & quis iudicantis mos: q; habitus fuerit:
 quid dixerit: aut cui de te cōsilia cōmunicauerit. Hæc
 enim omnia scire percupio: ut ea Thelesino referā: is
 enī de te per nuntios iterrogare nunq̄ desinit. Quin
 etiam diebus ab hinc fere quindecim in conuiuio me
 cum accubans in ipsa mensa dormitauit. Cumq; dimi
 dium fere calicem ebibisset, somnium uidit eiusmo
 di. Videbatur ignis terram inuadens hominum alios

LIBER

comprehendere: alios fugientes præuenire, cum perin-
 de atque aqua passim fluens omnia inundaret: tu au-
 tem ut aiebat: non sicut cæteri ab igne pati uidebaris
 nam tuo spiritu scindebatur ignis: tali igitur somnio
 uiso cum dijs bene consulentibus libauisset bono ani-
 mo de te esse me iussit. Tunc Apollonius: ego inquit
 Thelesinum profunde dormire non miror; iãdudum
 enim ualde pro me uigilauit. Quæ uero in iudicio ac-
 ta sunt audietis quidem: nõ autem hic, iam enim cre-
 pusculum instat: & in urbem redeundi hora est. Ius-
 cundius enim ambulabimus; si nos confabulationes
 aliquæ deduxerint. Pergamus igitur de his collo-
 quentes: quæ me interrogastis. Dicam autem, quæ
 hodie in iudicio acta sunt: Nam quæ ante iudicium es-
 gerimus ambo nostis: cum tu quidem Damis interfu-
 eris: tu autem non semel ut arbitror, sed iterum at-
 que iterum ex ipso audieris: nisi forte Demetrii sum
 oblitus. Quæ igitur adhuc nescitis enarrabo. Atque
 ita incipiens a præfatione qua usus fuerat, & quo
 pacto nudus intrare prætorium iussus fuerat, ac sin-
 gula deinceps exposuit, usque ad id: quod ultimo
 loco dixerat, non me interficies & cetera. & tan-
 dem, quomodo ex prætorio discessit. Tunc exclamans
 Demetrius: Ego inquit iudicio absolutum ad
 nos uenisse te arbitrabar. Video autem hoc periculo-
 rum principium esse tibi. Tyrannus enim postea
 quam ubi sis ei denunciatum fuerit te comprehen-
 det. & omni uinculorum genere coercebit. Verum
 Apollonius timorem omittere iubens: utinam in =

quit uos non facilius q̄ ego possētis capi. Ego autem quo pacto sese nunc habeat Tyrannus agnosco. Cum enim assentatorum sermones iugiter audire consuenerit: nunc obstupescētium uerba audit atq; ob tales sermones disrumpitur excandescitq; Tyrāni natura; sed mihi nunc quiete opus est: Nam postquā ex iudicio discessi: nunq̄ propter quietem capiendam flexi genua. Tum Damis inquit Demetri, ita erga hūc uirum sum affectus, ut ab instituto in quo nūc etiam perseuerat auertere ipsum tentauerim, presertim: cum tu idē mihi consuluisses, ne sponte ad grauiora manifesta; pericula accederet. Sed postquā ego uinctum ipsum uidi: mihiq; de salute sua grauius aliquid cogitanti dixit sui esse arbitri; ut solueretur, & exemptum compe de crus ostendit: tum primum animaduerti diuinū quendam uirum ipsum esse, & nostram hanc cōmune sapientiam excedere, itaq; licet difficillimis circumuentum periculis eum uiderem non uererer grauiissima quæq; pro illo subire. Sed quoniam multū iā noctis processit in diuersoriū pergamus ut uirum curesmus. Tunc Apollonius, ego inquit somno dumtaxat indigeo. Nam reliqua omnia adsint ne an absint itidem extimo. Post hæc Apollonius et soli uotis peractis domum ingressus est: ubi Demetrius habitabat. lotisq; pedibus cum Damidis socios, aliosq; familie domus cenare iussisset: q̄ diutius iam tollerasse ieiunium uidebantur in lectulo procubuit: Homeriq; uersu somnum laudans dormitauit, ostendens nō nimium oportere de piculis quæ illi imminere dicebāt esse sola

LIBER

licitum. Postridie adueniente aurora cum Demetrius eum interrogaret: ubi nam sibi manendum censeret: cum iam strepitus equitum aures percutere uideretur: quos ad eum insectandum a Tyranno missos opinabatur. Respondit Apollonius: Nec ipse nec alius quisquam me persequetur. ego tamen in Græciam nauigabo. Et quidem tuto inquit Demetrius illius consilium deridens, apertissima nanq; est ea regio, quem in occulto etiam manens non fugisti. quomodo in aperto degens latebis? Mihi latitatione non est opus inquit Apollonius. Si enim ut tu censes Tyranni est uniuersa terra, melius cum his agi putandum est: qui in aperto moriuntur: quam cum his qui in occultis latebris uiuunt: & ad Damidem conuersus, audisti, ne inquit in portu nauim esse ullam, quæ in Siciliam sit nauigatura? Cuiq; ille se audiuisse diceret, iam antea cum apud mare secum esset præconem id clamantem: tum uero paratam iam ad nauigandum: ut ex nauitarum uocibus conijcere poterat: qui tollendis anchoris incumberent conscendamus inquit hanc nauim Apollonius: et nunc quidem in Sicilia postea uero in Peloponesum nauigabimus. Assentior inquit Damis: inde salutato Demetrio: cū iuberent illum bono animo esse tanquam uirum cæteris præstantiorem secundo uento in Siciliam nauigauerunt: Messanamq; præteruacti, tertio die Taurominium peruenere: deinde Syracusas delati in Peloponesum transierunt autumni principio iam instante: percursoq; pelago sexta die Alpei fluminis Ho-

stia uenerunt: ubi fluuius ille Adriatico siculoq; pelago dulcis & potabilis immiscetur: Ibi cum e nauī descendissent ante omnia dignum putauerunt ad Iouis templum: quod in Olympiis est diuertere. Et iam fama celerrime per omnem græciam diulgauerat uere Apollonium, & in Olympia deuenisse: & primo quidem parū fidei sermonibus habebatur. q̄ nulla de ipso tanquam homine spes esse poterat. Alij namq; ligatum & uiuentem fuisse combustum audierāt. Athenienses autem uiuentis ceruicem clauis prefixam fuisse prædicabant: alij in Barathrum: alij in puteum demersum fuisse asserebant. Postq̄ uero ipsum aduenisse constantior fama uulgauit: nulla unq̄ Olympia de tam frequens totius Græciæ concursus q̄ tunc hominis uisendi causa ab uniuersis factus est, conuenerūt itaq; ab Helide: et Sparta: et Corintho: et ab Istbmi montibus homines innumeri. Athenienses, licet extra Peloponesum constituti frequentes eodem uenere: ex nulla uero finitimarū urbiū populus defuit, sed præcipue Atheniensium iuuenum innumerabilis pene multitudo concurrat. Megareses etiam aliquot: qui tum forte in Olympiis uersabantur interfuere: multi præterea Boetiorum & Argiuorum. Quicquid insuper apud Phocenses Thesalosq; nobilitatis fuit eodem cōfluxit: quorum alij quidem Apollonium iam antea nouerant: alij cum antea non uidissent, indignum putabant uirum talem ignorare. Ipse autem interrogantibus quo pacto ex Tyranni manibus euasisset: nihil gloriose de se iactans respondebat: sed

LIBER

tantum defensionē dicta liberatum iudicio se dicebat.
 Veniebant autē ex Italia complures: qui eius res actas
 in iudicio prędicabant: Quapropter nō multum ab-
 fuit, quo minus ipsum gręcia tanquam deum adora-
 ret propterea maxime illum admirantes: q̄ ob ea quę
 gesserat: nihil supra ceteros elatus uidebatur. Cum
 adolescens quidam ex ijs: qui Athenis uenerant maxi-
 me beniuolam Domiciano Palladem esse diceret. De
 sine inquit Apollonius in Olympijs talia prędicare
 deamq; coram patre calumniari: Cumq; ille uerbosus
 idem assereret, & iuste facere deam affirmaret: quo-
 niam Rex cognominatum ab Atheniēsis magistras
 tum gerit: utinam inquit Apollonius et Panatheneis
 sacris interesset, talibusq; uerbis adolescentis garruli-
 tatem cęrcuit. Et priore quidem responso quasi male
 de deis sentientem redarguit: cum beniuolos tyrannis
 eos esse diceret. Altero autem ostendebat ipsum Athe-
 niensibus minime conuenientia loqui: nam illi status
 as in foro decreuerant, Harmodio et Aristogitoni ob
 ea, quę in Panatheneorum celebritate fecerant. Ipse
 autem tyrannis gratificans uerbis suis: quasi confir-
 mare tyrannidem uidebatur. Cum Damus de pecu-
 nijs Apollonium consuleret: diceretq; uiatici parum
 admodum superesse: cras inquit Apollonius id cura-
 bimus. Itaq; postridie in templum ueniens: Da mihi
 inquit o sacerdos ex pecunijs Iouis mille drachmas:
 nisi moleste Iouem hoc laturum putas, tum sacerdos
 minime uero pro his indignabitur Iuppiter: sed poti-
 us: q̄ non plures acceperis. Cum Thesalus quidam Isa

goras nomine ad eum alloquendum in Olympia uenisset: dic mihi o Isagora inquit Apollonius. Putas, ne aliquid esse panegyricam celebritatem: Certe per Iouem inquit ille: immo uero rem iocundissimam: et eorum quæ ab hominibus fiât dijs immortalibus gratissimam. Quæ igitur celebritatis huius est materia: dico autem cen si de huius statuæ materia interrogas rem responderes. Credô Aurum & Ebur statuæ materiam esse. quoniam ex ijs statua sit composita. Quæ autem inquit Isagoras incorporeæ rei potest esse materia? Maxima inquit Apollonius, multumq; uariam in panegyris templa sunt, & deorum cellæ, & stadia ad currendum: tum uero scenæ & gentes plurimæ partim ex finitimis, partim ex transmarinis regionibus ueniētes: ex multis insup artibus & sophismatibus panegyris ex uera quoq; sapientia & poetica ex consultatiuis etiam, & disputatiuis orationibus, et musicis cātibus. Videtur igitur Isagoras non solum corporea esse panegyris: sed ex admirabiliore materia constare: quam ciuitates. studiosorum enim studiosissima quæq; & elegantium elegantissima in unum cogit & cumulat panegyris. An igitur o Isagora, sicut pleriq; muros aut naues extimant: ita nos homines extimabimus? an aliud quid de ipsis opinabimur. Perfecta inquit ille o Tyance isthæc est opinio: & hanc sequi iustum est. Immo uero imperfecta inquit Apollonius, si quis perinde atq; ego de ipsa considerauerit. Videtur enim mihi naues hominibus: & homines nauibus indigere, nec fuisse unquam cen-

seo: ut homines de mari aliquid cogitarent, nisi na-
 ues essent: pari modo etiam dicere possum muros ab
 hominibus conseruari, & homines rursus a muris.
 Eadem itaq; ratione panegyryn dico esse quidem uiro-
 rum conuentum, etiam esse locum ipsum, ubi illos
 conuenire necesse est: atq; eo magis quo muri quidem
 & naues factæ non fuissent: nisi propter hominum
 utilitatem: Hi autem agri manibus hominum non fa-
 cti: sed potius corrupti sunt naturali qualitate pro-
 pter culturam ipsis ablatam. Et quæ bene a natura
 perducebantur conuentus fiendi causa remota sunt,
 porticus nanq; & fontes & gymnasia humana arte
 fabricata sunt, ceu mania, atq; naues. Alpheus autem
 iste, & stadia atq; hippodromitum etiam luci ante
 homines in his locis fuerunt: & his quidem potum
 lauacrumq; suppeditat: latitudo autem planicie ad
 equorum certamen est idonea: puluerulentus autem
 ager cursoribus: & Athletis spacia subministrat:
 Cum terminum quendam, & metas idoneas longi-
 tudo uallis præbeat: luci autem frondes exhibent:
 quibus uictores coronentur: præbeat etiam congruū
 locum: ubi Athletæ currendo se exercent. Hæc igitur
 quondam meditatus Hercules, & naturalem O-
 lympiæ pulchritudinem amans locum ipsum dignum
 ludis: qui hic etiam hodie celebrantur & aptissimū
 esse iudicauit. Cum iam dies quadraginta fuisset in
 olympijs uersatus Apollonius ibiq; multa sapienter
 disputasset in ciuitatibus græcis, inquit, o, uiri uo-
 bis cum loquar in festis: in pompis: in mysterijs: in

OCTAVVS.

sacrificijs: in libationibus. Hæc enim urbano uiro in
 digent. Nunc autem in Leucadiam descendere mihi
 necesse est: quia Trophonium adhuc non sum affa-
 tus, licet aliquando illius templum intrauerim. His
 dictis in Archadiam profectus est: neminem relin-
 quens eorum: qui se admirabantur. Leucadiæ autem
 angustia Trophonio Apollinis filio sacratæ sunt: ad
 quas his solum, qui oracula petunt aditus patet. Posi-
 ta autem est illius statua non in templo sed in tumu-
 lo: qui paulum templo supereminet: quem ferrei obe-
 lisci undiq; claudunt: descensus autem adeo angus-
 tus, ut non aliter quam sedendo ingredi quis possit.
 Demittuntur autem eo: qui intrare uolunt albis ues-
 tibus induti, & mellitas placentas manibus portan-
 tes: quibus reptilia demulceant: quæ intrantibus ob-
 uiam serpunt: Ingressus igitur templum Appollo-
 nius. uolo inquit ad oraculi interiora penetrare: id
 cum prohiberent sacerdotes, & populo palam dice-
 rent, se nunq; incantatori homini concessuros, ut ora-
 culum polluat ipsi Apollonio inualidas quasdam affe-
 rebant excusationes. Quapropter eo die Apollonius
 ab ingressu se continuit, atq; secus Ercinium fontem
 confidens: de causa modoq; orandi disputauit: cau-
 sas afferrens: cur ille solummodo petentibus re-
 sponderet. Noctis autem principio: ad spelunçæ
 fauces ueniens plurimis adolescentibus comitatus:
 quattuor obeliscos: quæ spelunçæ aditum clauder-
 ebant reuellens sub terram penetrauit: & cum
 Trophonio locutus est, q; ipsi deo tam ualde gra-

LIBER

tum fuit, ut sacerdotibus postmodum in somnis ap-
parens illos in admirationem uiri conuerterit, eisq;
præceperit ut ipsum in aulidem prosequerentur: q; il-
lic miranda quedam signa esset ostensurus: permisit
autem ut ibidem permaneret dies septē: quod alij nū-
quam eorum qui ad oraculū intrassent concessum fue-
rat. Detulit autem Apollonius libellum, ubi ea, quæ
interrogauerat ab oraculo perscripsit. Cum enim in-
grederetur sic deū ille allocutus est. Quānam o Tro-
phoni ueram uirtutem & purissimam philosophiā
esse putas. Continebat autem libellus ille opiniones
Pythagoræ: quas illius oraculi consensu probatas esse
monstrare noluit. Est autem is libellus Antij suspen-
sus, & ob eam maxime causam is locus celebratur.
Est autem Antium ciuitas Italiæ secus mare posita.
Hæc autem quæ de Trophonio scripsi multos eorū qui
leucadiam incolebant audisse scio. De libello aut hoc
mihi relatum est, fuisse libellum hunc post mortem
Apollonij delatum ad imperatorem Adrianum, et si-
mul Apollonij epistolas aliquot. Non enim oēs colli-
gere potuit, atq; hæc omnia Adrianus in regia: quam
Antij habebat collocauit. Nā præter cæteras Italiæ ci-
uitates Antio maxime delectabatur Adrianus. Ven-
erunt autē illuc ex Ionia familiares omnes Apollonij:
quos Apollonienses philosophos græci uocabāt: ibi lo-
corum indigenis permixti iuuentutem effecerunt cū
munere tum amore studioq; erga philosophiā admi-
rabilem, negligebant autem penitus oratoriam facul-
tatē, et eius discipline p̄fessores aspernabātur: q; lins

quam dumtaxat: non autem mentem redderent eruditio-
 tiorem. Properabant igitur undiq; uiri ad eius philo-
 sophiam perdiscendam. Ipse autē (sicut de Gige quon-
 dam: & Creso perhibetur a pertas habuisse thesauros
 suorum fores: ut egentibus omnibus inde lice-
 ret accipere) sic omnibus uolentibus suam impartes
 batur sapientiam, cum se quidam calumniarentur: &
 principium familiaritates uitaret & auditores a re-
 bus agendis ad nimiam quietem abduceret, redargue-
 rent, etiam q̄ uenientibus ad se mercatoribus discipu-
 los tanq̄ pecudes abigeret: plane inq̄ ita facio ne for-
 te lupi gregem inuadant: quid autē hęc uerba sibi uo-
 luerint ostēdam. Cum uideret mercatores a pluribus
 cum admiratione quadam aspici q̄ ex pauperibus di-
 uites euasissent: odiumq; ab iisdem adeo contemni: ut
 lucri causa ab oibus odio haberi paruifacerent Ado-
 lescentes ab eorum congressu abducebat. & si qui ad
 eum alloquendum uenissent grauibis uerbis castigab-
 at: ut iniustam illis maculam deleteret. alias enim in
 eos grauiter fuerat inuectus. De carcere uero ubi Ro-
 mæ inclusus fuerat, & de ijs: qui secum una, partim
 uincti: partim autem necati fuerunt ita sentiebat: ut
 calumniatorum & eorum qui dicendi facundia pos-
 sent id opus magis q̄ tyrāni esse opinaretur. Dum in
 græcia studijs intētus degebat Apollonius in cælo ta-
 le quoddam prodigiū apparuit. Corona quadam iri-
 di similis Solem circūdedit, quæ radios eius ac lumen
 obscurabat. Putabant igitur omnes tali signo rerum
 nouitatem aliquam portendi. Græciæ uero prefectus

LIBER

Athenis in Boetiam Apolloniū accersens. Audiui inquit Apolloni te Demonum quadam sapientia predictum esse. An etiam inquit Apollonius, humana me scire audiuiſti. Audiui inquit ille, & auditis assentior. Quoniam igitur quod dixi confiteris inquit Apollonius, Noli de consilijs deorum esse curiosus. hoc enim ipsum humana laudat sapientia. Sed cum ille mitioribus uerbis Apollonium placasset, & quæ cogitaret proferre ausus esset uereor inquit ne cuncta uertantur in noctem. Cui Apollonius confide inquit. Nam hac nocte lumen aliquod prodibit. Post hac Apollonius ubi recte disposuisse censuit, cuncta quæ in græcia componenda uidebantur, & illic biennio mansisset in Ioniam nauigauit, eumq; socij et familiares omnes sunt secuti. Diutius autem apud Smyrnas et Ephesum philosophatus est, quāuis & alias Ionie ciuitates peragrauerit & ab omnibus cum summa lætitia uoluptateq; susceptus est. Nam omnes magno illius desiderio tenebantur: itaq; permultum lucri, fecisse putabatur q̄ ad eos deuertisset. Extrudebant dei tunc temporis Domitianum ab omnium imperio eiusq; mortis causa in huuc maxime modum exorta est: Interfecerat Domicianus Clementem uirum consularem: cui propriam sororem matrimonio desponderat: palam etiā dixerat, post tertiam quartamue diem ipsam quoq; ad uirum esse profecturam. Stephanus igitur mulieris libertus: (cuius nomen figurā uisi pridem in calo portenti significabat: nam corona grece stephanos dicitur) siue de interfecto clemente cogitans: siue omniū

Romanorum ciuium conditionem miseratus Tyrānū
 interficere perinde aggressus est, atq; olim Atheniensium
 liberrimi fecerant. Is igitur breuem gladium in
 sinistrae manus gladio collocans, manum tanq̄ fractā
 multis fasciis circūligauit: inde Tyranno a foro: ubi
 ius dixerat redeunti obuiam procedens: opus mihi est
 inquit o Rex, secreto quaedam tibi referre: audies au-
 tem ex me res magnas atq; mirabiles. Cūq; Tyrannus
 colloquium non abnueret in porticum: quæ regia ad-
 iacebat illum deduxit. Tunc Stephanus nō est inquit
 mortuus ut arbitraris inimicissimus tibi Clemēs: sed
 uiuit adhuc: egoq; id optime scio: & ipse est: qui nūc
 aduersus te irruit. Clamantis autem Regis, & ob ea
 quæ audierat perturbati Stephanus ab alligato bra-
 chio gladium educens femur perfodit uulnere quidē
 ad subitam mortem referendam non sufficienti: sed
 quod diutius cruciatum extinguere tandem possit, cū
 nullis medicamentis esset curabile. Ille uero & alios
 quin robusto corpore, & annos ætatis quinq; supra
 quadraginta natus propter uulnus minime deiectus
 est, apprehensq; Stephano superincūbens, eruere oculos
 nitebatur, et faciem aureo calice: (qui forte sacro-
 rum causa astabat pertūdens) Palladem ut sibi ferret
 auxilium inuocabat. Audientes autem clamorem cor-
 poris custodes aliquo modo illum opprimi cognouerunt:
 uniuersi igitur accurrentes: cum iam pene exanimatum
 offendissent, aliquot illatis uulneribus interfecere. Et hæc
 quidem Romæ agebantur. Ephesi autem Apollonius eadem
 ipsa quasi ante oculos posita cōspe

OCTAVVS.

xit. Dum enim hæc Romæ in regia agerentur: ipse forte in xysti lucis meridie disputabat: et primo quidem uelut repentino pauore percussus uocem demisit: dein de concise magis quàm consueuerat uerba proferre cœpit: ut facere solent, quibus in media oratione nouum aliquid & incredibile occurrit: Tandem uero quasi eorum quæ dicere uellet oblitus conticuit toruis oculis in terram aspiciens: tres inde aut quattuor passus e loco ubi cõstiterat progressus, percutit Tyrannum, percutite clamabat: non ut qui e speculo ueritatis imaginẽ traheret: sed qui res ipsas ante ipsas fieri uideret: & auxilium afferre conaretur. Cum stupeant Ephesij: & frequentes aderant subsistens Apollonius sicut facere solent: qui rem aliquam dum fit uidentes, quo tandẽ euasura sit expectant: tandem confidite inquit o uiri Tyrannus nanq; occisus est hodie: quid autem dixi, immo potius hoc ipso temporis momento: ita me Pallas adiuuet. Id enim eo ipso tempore gestum est: quo me conticentem uidistis. Cumq; insanire illum putarent Ephesij cuperent, tamen uera esse quæ diceret: sed propter periculi magnitudinẽ talibus uerbis aures præbere metuerent, non miror inquit Apollonius uos mihi non adhibere fidem, iam nunc ea narranti apud uos: quæ nondum omnes qui Romæ sunt cognouere. Sed idẽ ecce cognoscunt. Concurrunt enim undiq; & fidem adhibent: multiq; iam ob gaudium saluunt: immo uero populus uniuersus exultat: nec ita multo post nuntius hoc ipsum significans adierit, propterea sacra facere, uos eo usq; differte, quoad certiores hac de re fa-

OCTAVVS.

iti fueritis. Ego autem pro bis : quæ uidi deos adora-
 tum proficiscor. Cum adhuc illi quæ dicebantur non
 satis crederent festinantes tabellarij cum litteris ta-
 lia significantibus superuenere: quæ etiam Apollonii
 sapientiam testabantur. Nam Tyranni interfectio
 quo die facta fuerat, & qua diei pte meridie scilicet,
 & ab interfectoꝝ; quos ille fuerat adhortatus,
 ita facta fuisse nunciabatur: sicut disputanti Apollo-
 nio Dij præmonstrauerant. Post dies triginta, a Ner-
 ua litteras accepit, nuntiantes se Romanorum Im-
 perio potitum esse: Idque cum deorum numini, tum
 Apollonii consilijs acceptum referre: Sperare au-
 tem se facilius illud gubernaturū; si consiliario Apol-
 lonio uti possit. Ad eum igitur Apollonius hoc enig-
 ma rescripsit. Nos quidem o Rex, & quidem diu si-
 mul erimus: ubi neque nos alijs; neq; alij nobis impe-
 rabunt. Iam enim ut arbitror agnoscebat sibi cito e-
 uita migrandum esse, & Neruam breui tempore im-
 perare debere. Annum enim & menses quattuor dū
 taxat imperauit: cum optimus Rex & modestissi-
 mus haberetur. Post hæc autem ne dilectissimum a-
 micum præsertim in Imperio constitutum negligere
 uideretur. Epistolam ad eum scripsit nonnulla mo-
 nentem eorum: quæ in imperio acturus esset: tum Da-
 midem ad se uocās, tuam iquit operam res presentes
 exposcunt: cum enim archana quedam in epistola cō-
 tineantur. tum alia quedam sunt: quæ meo nomine
 Regi nuntiari abs te uelim, Sero autem uiri calidita-
 tem se percepisse scribit Damis. Epistolam enim opti-

me compositam, & res maximas continuisse refert;
 potuisse tamen ab alio etiam deferri: quæ igitur hac
 in re uiri caliditas fuerit ostendam. Cōsueuerat enim
 in omni uita Apollonius frequenter hanc sententiā
 proferre, late cū uixeris, sin minus id potes late cū sis
 e uita discessurus. Ut igitur a se Damidem amoueret:
 & ne corā testibus moreretur, occasione epistolæ me
 ditatus ē: qua illum Romā mitteret. Et Damis quidem
 cum ab eo discederet, uehementer se turbatum dicit: quā
 uis futurorum ignarus esset. Apollonius autē quāuis
 optime sciret, quid euenturū esset: nihil tamen abeun
 ti dixit, quale dicere solent: qui se nunquā amplius mus
 tuo sint uisuri, adeo persuadendi cupidus erat se semper
 esse uicturū. Discendentē tamen his uerbis admonu
 it. O damis quā satis in te ipso habeas philosophiæ: me
 tamen respice. Et de Apollonio quidem Tyaneo haec
 nus ab assirio Damide scriptū est. Nā de mortis gene
 re, si modo mortuus est nihil ē a Damide scriptū. Ser
 mones autē multi uarijque: circūferuntur, quos ego peni
 tus omittendos non putauī: ut congruū finem nostra
 contineret oratio. Nam quo tempore ætatis mortuus
 fuerit: nihil a Damide scribitur. Aliorum uero quidā
 octogessimū, alij nonagesimū, plerique etiam cente
 simū ætatis annum excessisse perhibent. & corpus
 habuisse senio quidem confectum, rectum tamen, &
 ad omnes uitæ usus idoneum, ita ut aspectu pene iocū
 dior esset. quā in iuuetā fuerat. Inest enim, & senibus
 propter reuerentiā pulchritudo sua: quæ in illo maxie ui
 gebat: idque ex eius imaginibus quæ tyane i templo cōstitutæ

OCTAVVS.

te sunt licet intueri. Hoc ipsum & orationes a quibus
 dam æditæ ostendunt: quæ Apollonij senectam lauda-
 biliorem adoleſcētia Alcibiadis fuiſſe teſtantur. Tra-
 ditur autem a quibusdam ipſum Epheſi deceſſiſſe: ubi
 duarum ancillarum miniſterio utens degebat, ut illi
 dicunt. Iã enim liberti eius omnes, de quibus in prin-
 cipio diximus deceſſerant. Cũq; ipſe alteram ancil-
 larum libertate donaſſet, accuſabatur ab altera q̄ nõ
 ſe quoq; ſicuti comitem iuberet liberam eẽ. Cui Apol-
 lonius ne me perturbes inquit: tibi enim magis expe-
 dit illi ſeruire: quam libera fieri: illinc enim bono-
 rum, quæ habitura es, principium tibi proueniet.
 Mortuo igitur Apollonio: cum illa quæ in ſeruitute
 relicta fuerat alteri ſeruiret, ob paruam quandam in-
 dignationem, mercatori cuidam uendita fuit, & q̄
 uis formoſa nimium non eſſet: ab ipſo uehementius
 amabatur. Cũq; diuitijs abundaret mercator uxorẽ
 ſibi illam aſciuit, & ex illa filios procreauit. Alij in
 Lyndo mortuum aſſerunt Apollonium. cum Palla-
 dis templum ingreſſus repente ex hominum conſpe-
 ctu diſparuiſſet. Alij in Creta mirabiliori etiam mo-
 do interiſſe narrant. Manere autem tunc temporis
 in Creta Apollonium magis quam antea conſueuerit
 ualde miror. Ferunt autem ipſum in Diçtæ matris
 templum intempeſtiuis horis quibusdam uenire con-
 ſueiſſe: ubi templi cuſtodes propter maximas quæ il-
 lic erant diuitias, canum uigilias complures præſe-
 cerant: qui ut a Cretenſibus fertur urſos etiam, &
 eiufmodi alias beluas facile uincerent. Venienti tamẽ

Apollonio non adlatrabant: sed demissa cauda, accedentes illi blandiebantur magis etiã q̄ ijs quibus dudum iam erant assuesfacti. Tẽpli igitur antistites, tanquam incantatorẽ et sacrilegũ comprehensum ligauerunt accusantes q̄ canibus placandis escam aliquam obiecisset. Ipse uero media fere nocte sese uinculis eximens, custodibus: qui eũ uinxerãt noiãtim appellatis ne discedes uelle latere uideretur, ad tẽpli fores accessit: quæ sibi ultro patuerũt. Cũq; ipse templũ intrasset fores iterũ ut erant antea sese clauerũt, et uox quasi cantatiũ uirginũ in tẽplo est audita. Erãt uero cantatiũ uerba hmõĩ: Veni de terra: ueni, in celũ ascende, sicut desup in terrã uenisti. De aĩã uero: q̄ sit immortalis: uisus est etiã post mortẽ philosophari, et docere uera eẽ: quæ de illius imortalitate tradãtur: cũ tñ nõ fineret hoĩes curiosius de re tã magna pscrutari. Venit em̄ Tyãã adolescẽs quidã in disputando acutissimus: et qui nõ facile ueritati etiã cederet. Cũq; iã e uita migrasset Apollonius magna erat opinionis eius facta mutatio, Et licet apte cõtradicere nemo auderet: aut mortalc aĩã esse palã asserere: uarij tñ sermones habebãtur. Multi nãq; illic iuuenes erãt sapiẽtiã studijs dediti. Adolescens itaq; opinioni de immortalitate animæ non cõsentiens. Ego inquit o uiri Tyãnei mensẽ iam decimum sum precatus Apollonium: ut mihi qd esset de anima sentiẽdũ reuelaret: ipẽ uero usq; adeo mortuus mihi uidetur: ut orantiũ uoces nõ audiat, ne dũ imortalẽ esse animam psuadeat. Hec quidem coram populo adolescens est locutus. Post quintum

OCTAVVS.

uero diem, cum apud populum idemtidē philosophā
 retur in eodem loco: ubi disputans constiterat obdor
 miuit. ceteri uero iuuenes: qui studia litterarū sectā
 bantur: partim libris legendis incumbabant, partim
 geometricas quasdam figuras designabant in pulue
 re: ille uero tanq̄ furore quodam correptus exiliens;
 multoq; sudore manans clamabat ego tibi fidem ad
 hibeo Apolloni: cūq; adstantes interrogarent quidnā
 passus ita exclamaret? Nonne uidetis inquit sapientē
 Apollonium uobis superstare. & omnia quæ dicuntur
 audire, cum ipse etiam rationes admirabiles de ani
 ma proferat. Cumq; illi ubi nam esset interrogarent
 a nullo enim ipsorum cōspiciebatur, q̄q̄ id multo ma
 gis optare se dicerent: q̄ omnium hominum bonis po
 tiri, mihi soli inquit uisibilis aduenit adolescens, de
 his mecum locuturus quæ antea non credebam. Audite
 igitur quæ tanq̄ oraculum quoddam mecum diuini
 tus est locutus. Immortalis ē anima: nec humana res
 est: sed a diuina prouidētia profecta. Ipsa igitur post
 corruptum corpus tanq̄ uelox equus uinculis solutus
 facile huc atq; illuc discurrens miscetur leui aeri gra
 uem & molestam seruitutem exuta. Tibi autem quæ
 ex his utilitas prouenit: qui non sic opinaris? aut quid
 illuc inter animalia existens de talibus inquiris? Sic
 manifeste Apollonij oraculum arcana protulit de ip
 sa anima: ut periti homines suam naturam cognoscē
 tes: eo proficiscātur quo fata iubent. Sepulchrum au
 tem tanti uiri: aut sepulchrale nusquam uidi: quāuis
 magnam habitabilis terræ partē peragrauerim. om̄

LIBER


nium autem sermonibus tanquã deus colitur. & Sa-
 cra Tyana regijs illum honoribus prosequitur. Nec
 immerito: neq; enim reges dedignati sunt iisdem ho-
 noribus illum honorare: quibus seipsos dignos esse ar-
 bitrabantur.

FINIS PHILOSTRATI DE
 VITA APOLLONII
 TYANEI.

Ad Philippum Beroaldum præceptorem
 incomparabilem. Camilli Palæotti
 Bononiën.

Epi.

Cum tua tempus edax legeret monumenta Philippe
 Hæc: quibus æternum tollis in astra caput,
 Ingemuit uinci indignans gladioq; parabat.
 Aut laqueo uilem deposuisse animam.
 Cui mors illachrymâs grauior mea cura metusq; est:
 Imperium quassat fortius ille meum.
 Nuper ab infernis remeare Philostraton antris
 Iussit: & inuita morte uidere diem.



Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Second block of faint, illegible text.

Third block of faint, illegible text.

Fourth block of faint, illegible text.

Fifth block of faint, illegible text.

Sixth block of faint, illegible text.

Seventh block of faint, illegible text.

Eighth block of faint, illegible text.

Ninth block of faint, illegible text.

1800
1801
1802
1803
1804
1805
1806
1807
1808
1809
1810
1811
1812
1813
1814
1815
1816
1817
1818
1819
1820
1821
1822
1823
1824
1825
1826
1827
1828
1829
1830
1831
1832
1833
1834
1835
1836
1837
1838
1839
1840
1841
1842
1843
1844
1845
1846
1847
1848
1849
1850
1851
1852
1853
1854
1855
1856
1857
1858
1859
1860
1861
1862
1863
1864
1865
1866
1867
1868
1869
1870
1871
1872
1873
1874
1875
1876
1877
1878
1879
1880
1881
1882
1883
1884
1885
1886
1887
1888
1889
1890
1891
1892
1893
1894
1895
1896
1897
1898
1899
1900

7


112

6. 6. 79

RARA

480/78/07138(5)

X13<7807138500013



PHILOSTRATU
BEROALDI

Rara

SIVE ANNO


78

7138





colorchecker DIGITAL SG



Freie Universität Berlin

